ymaginē otinerēt. p̄pt̄ea eis v̄t Deut. 4°. Nō vidistis aliquā similitudinē in die qua locutus est vobis dominus: ne forte de cepti faciatis vobis sculptā similitudinē aut imaginē ⁊ adoretis ea. Ad illō qđ querit vlt̄io de rōe cōpositionis thimiamatis: ⁊ olei ūctionis. Breuit̄ d̄d. qđ f̄m̄ l̄ra; rō fuit honozificētia tabernaculi ⁊ cult⁹ viuini. v̄t. s. flagrātia odoris thimiamatis attraherēt ad d̄uotionē: ⁊ frequētatiō; tabernaculi ⁊ adorandū deū. v̄nctio vero olei qua cōsecrabat tabernaculū: ⁊ alia qđ erant ad officiū cultus mouerent ad reuerentiā cultus ⁊ sacrorum.

Cōsequenter est re

spondē ad q̄sita circa ordinationē m̄stro rū. Et p̄mo ad illud qđ q̄rebat q̄re habēs macula nō poterat ad m̄steriū pmoueri ⁊ rō ē. honozificētia cultus di: ne si m̄ster habēt aliquā notabilē deformitatē vilifi caret cult⁹ di apud simplices. v̄n̄ ⁊ tē p̄les deformitates it̄roducebat irregularitatē: qđ nō mō it̄roducerēt. q̄a facili⁹ ille popul⁹ recederet a cultu di qđ p̄pls xp̄ianus si ministros ei⁹ cōtēptibiles iudicaret. Ad aliō rō qđ querit quare in cōsecratiōe sacerdotis v̄ngit̄ extremū dextre auriculę. ⁊ pollices manus dextre ⁊ pedis. R̄ndēdū v̄t mōstraret qđ ex cōsecratiōe debēt sacerdos eē totalit̄ cōuersus ad deū: ⁊ q̄tū ad attētiō; seu intētiōne intellect⁹: que cōsignatur in dextera auricula: ⁊ q̄tū ad approbationē affect⁹ qđ designat̄ in pollice pedis dextre ⁊ q̄tū ad intētiōne effect⁹: que designat̄ in pollice manus dextre. Ad aliud vero qđ querit de rōe effusionis olei sup̄ caput Aaron cōsecrādi. R̄ndēdū ad exp̄mendū qđ ex vi cōsecrationis accipiebat potestātē alios cōsecrādi ⁊ ordinādi in sacerdotiū; v̄t ab ip̄o deriuaret auctoritas: qui erat sūmus pontifex in minores sacerdotes: sicut a capite oleū in mēbra cōfluebat. Ad aliō rō qđ querit de oblatione triū aialii ⁊ canistri azimoz Leu. 5°. d̄d. qđ vitul⁹ p̄ peccō offerēbatur in cōsecratione sacerdotis: memoriā remissionis peccati adōrnis vituli cui cōsensit Aaron ⁊ in detestationē erroris. Aries in holocaustū offerēbat in memoriā obediētie ⁊ amoris: ex quo voluit Dabaa filiū imolare: s̄ t̄n̄ p̄ illo obrulit arietē amoris ⁊ obediētie scriret sacerdos se

debē eē imitatorē. Aries rō in cōsecratione v̄t sciret sacerdos se cōsecratum in honozē illi⁹ qui p̄ sanguinē agni qui ē arietini generis in egypto saluabat p̄mogenita isrl. p̄ q̄bus p̄mogenitis assumebant ad diuinū cultū sacerdotes ⁊ leuite. N̄ier. 3°. Canistz rō panis v̄t sciret sacerdos se assūptū ad illius fructū: qui pane celesti hoc ē manna aluit filios isrl in deserto. 16°. Exo. v̄t qđ q̄tuoz firmissime ip̄imerēt in aīo sacerdoti q̄tuoz illa offerēbant. duo v̄t ip̄imerēt timor ⁊ reuerentia iusticie. duo v̄t ip̄imerēt spes ⁊ amor misericordie. Uital⁹ p̄ peccō reducebat memoriā iusticie diuine puniēt̄ malos adoratores vituli. Exo. 32°. Aries in holocaustum memoriā iusticie pbantis seu rēptantis bonos: v̄t Dabaa. Gen. 22°. Aries cōsecrationis amorē m̄ie liberantis a malo v̄t filios isrl p̄ sanguinē agni. Exo. 12°. Canistz azimoz amorē m̄ie sustentatis b̄n̄ficio v̄t filios isrl vel manna in deserto Exo. 16°. Ad aliud rō quod querit: q̄re in cōsecratione tradebat sacerdoti adeps armus dextre. R̄ est qđ p̄ hoc v̄t sciret sacerdos se accepisse ex cōsecratione duplicē potestātē. s. potestātē d̄o offerēdi sacrificiū quā significabat acceptio adipis: ⁊ potestātē accipiēdi stipendiū de sacrificiis ad suum victū. ⁊ hoc significabat acceptio armi ⁊ pecoris.

Deinde responden

dū ad obiecta circa cerimonias ornatus sacerdotū. Et p̄mo ad illud qđ ob̄ de vestimētis Aaron. ḡualr qđ d̄d. qđ oīs ornatus sacerdotū erat p̄ honozificētia di: ⁊ v̄t ex ip̄a honestate m̄stro; attraheret popul⁹ ad diuinū cultū. t̄n̄ ip̄a distinctio vestimētōz sūmi sacerdoti f̄m̄ Josephū. figurabat ip̄m eē ministz ⁊ pontificē v̄niuersoz cōditōis. v̄n̄ f̄m̄ qđ tangit Sap̄ie. 18°. Dispositio totius orbis figurabat in veste pontificis. fem̄alia linea ⁊ tunica linea seu byssina fr̄a figurabāt. Balthei rō circūuolutiōne oceanī. Tunica yacinthina ip̄o colore aerem p̄ferēbat. Per t̄tinabula tonitruū per malogranata cornuscationes significabant. Sup̄humeralē sui varietate celū syderiū. duo sardonices. duo hemispha v̄t solē ⁊ lunā. duodecē gēme in pectore. 12. siḡ in zodiaco. ⁊ pulchre qđ in medio erat appellabat rōnale. Rōne enī cūcta sūt plēa

et terrena per celestia disponunt. Cydaris ce-
 lum empyreum. Lamina aurea deum omnibus presi-
 dentem. tum non vix hec signatio conuenire. Dic-
 tum est quod varietates vestimentorum: designabat
 varietatem virtutum: quibus oportebat pontifi-
 ficem esse munitum. Seminalia significabat conti-
 nentiam. Tunica byssina: quod multis tonsuris
 puenit ad candorem. Per mortificationem
 carnis mundiciam interiorem. Baltheus qui stri-
 git venterem continentiam aut abstinentiam. Tunica
 yacintina que est exterior et etherei coloris con-
 uersationem celicam. Cingulum quo tunica stri-
 git conuersationis modestiam. Suphumerale
 mandatorum obedientiam. Rationale quo diuinam
 sciendam. Cydaris intentionem bone voluntatis.
 Lamina cuius nomen dei inscribitur memoria seu
 meditatio dei iugis figurabat. Ad illud
 quod queritur de vestimentis minorum sacerdotum
 dicitur quod feminalia continentiam. Tunica linea
 mundiciam. Baltheus modestiam. Mitria capi-
 tis intentionem rectam. Ad illud quod queritur
 de leuitis dicitur quod aspergunt aqua lustratio-
 nis ad significandum mundiciam mentis ab
 imudicia culpe. Radunt quoque pilos ad signifi-
 candum passionem supfluitat. Lauant vestimen-
 ta ad expressionem mundicie in conuersatione. Et
 hec sufficiant de ceremoniis circa dispositi-
 onem ministrorum. Nam magis pertinet ad mo-
 ralem instructionem rationes talium quam ad
 disputationem.

Ultimo breuiter re-

spondendum ad obiecta circa ceremonias so-
 lennitatum. dicitur igitur quod institutioes solennitatum
 erant in memoria potentie sapientie iusticie mi-
 sericordie conditoris. Ad memoriam potentie
 erant tria festa. Sabbatum. neomecia. pascha. Et
 sabbatum in memoriam potentie creatis omnia
 sex diebus et septima quiescentis. Neomecia in
 memoriam potentie gubernantis: que guberna-
 tio maxime apparet in principio cuiusque mensis
 in renouatione cursus lunaris. Pascha in
 memoriam potentie liberantis a malis egyptie
 fuitutis. Ad memoriam quoque sapientie dei que cla-
 ruit in latatione legis instituta est pentheco-
 stes quod est festum latationis legis quinquagesimo
 die post exitum de egypto. Ad memoriam quoque
 iusticie instituta erat solennitas tubarum: et so-
 lennitas expiationis. sed solennitas tubarum in
 memoriam iusticie prebantis bonos. Erat enim
 in recordationem prebationis hab:ae. quoniam pre-
 ceptum est ei immolare tres aries pro eo

immolatus est. Solennitas prebationis in
 memoriam iusticie punientis malos: et prebati-
 onis penitentibus. Erat enim instituta in re-
 cordationem seueritatis in punitione populi
 pro adoratione vituli. Ad memoriam quoque misericordie
 conseruantis israel in deserto. Solennitas taberna-
 culorum. Ad memoriam misericordie congregantis populum
 israel in terra promissionis solennitas ceteris
 atque collecte.

Consequenter ^{que}

est de numero et diuersa ceremonialium
 Circa quod querunt plura. Primo de nu-
 merositate ceremonialium. Secundo de diuersa
 in generali ceremonialium.

In primis igitur ^{que}

de numerositate ceremonialium. Nam non vix
 conueniens fuisse ut populo rudi et simplici tan-
 ta numerositas preceptorum daretur. Nam multi-
 tudo preceptorum auget obligationem. maior
 autem obligatio exigit obedientiam perfectiorem
 Perfectior autem obedientia non debet exigi a po-
 pulo imperfecto. quod inconueniens est populo hebre-
 orum quod tamen multiplicaretur. Item cois autem con-
 ceptio est quod in paucioribus maior via est: et
 ad perficiendum per intellectum in addiscendo: et est
 ad perficiendum per affectum in operando. et in pau-
 cioribus mandatis maior est perfectio et obe-
 dientia facilius. Item experimento scilicet quod scri-
 ptas mutationes abhorret natura: et post sequens
 ipsa ratio. cum in lege naturali fuerint mandata pau-
 cissima. inconueniens fuit ut in lege sequenti
 legem naturalem. scilicet legem Moysi multiplicent man-
 data et precipue ceremonialia: quorum ratio non
 potest ex ratione naturali. Ratio dicitur quod numerositas
 ceremonialium introducta est conuenienter in le-
 ge duplici de causa. Prima execrabilis et ydo-
 latrie multiplicis et superstitionis erroris
 propter quam eliminanda et canenda necessariu
 fuit in illo populo ad ydolatriam primo multipli-
 cari precepta ceremonialia: propter que reuocarentur
 et cauerent ydolatriam sicut propter ex precedentibus.

Secunda causa est exercitatio et occupatio in la-
 turia conditoris. quia enim mentes carnales in vno
 quouis exercitio posite statim fastidiunt: ne-
 cessaria est eis et salubris varietas exercitii
 que varietate excludat fastidium: et acceptabile
 redditur fuit conditoris: propter quas duas causas
 dicit dominus in Osee. s. Scribam eis multiplices
 leges meas. Tertia causa est multiplex signatio
 gratie saluatoris que non potuit vno signo vel

una figura tñ expm̄i. imo q̄a multiplex ē
 ⁊ incōp̄hensibilis gr̄a necesse fuit figuras
 multiplicari. Unde est qd̄ dicit Isidor⁹ sup
 p̄n̄. Leu. Q̄ oīs hostiaz diuersitas xp̄i ho
 stia figurabat: ⁊ propter varietatem vir
 tutū hostie xp̄i itroducta est varietas ⁊ di
 uersitas sacrificioꝝ. Unde subdit xp̄s i vi
 tulo p̄pter virtutē crucis offerebat. In agno
 pp̄ innocentia. In arietē p̄pter p̄ncipatum
 In hyrcō pp̄ similitudinē carnis peccati.
 Ro. 8. In turturē ⁊ colūba: q̄a de⁹ ⁊ homo
 mediator dei ⁊ hominū. i. tibi. 2. In duarū
 sbaz diuisione monstrabat. In similitudinē
 pp̄ dispersionē credentiū p̄ aquā baptisimī
 collectā ecclesiasticā eē corp⁹ xp̄i ostēdeba
 tur. Itē pro hac rōne d̄ Job. xi. vtinam
 de⁹ loquerer tecū. ⁊ ostenderet tibi secreta
 sapie sue. ⁊ q̄ multiplex sit lex ei⁹. Ad il
 lud ḡ q̄ p̄mo ob̄ q̄ multitudo p̄ceptorum
 non conuenit īfectis dō q̄ multiplican̄
 p̄cepta dupl̄. aut eā multiplicandoꝝ me
 ritoꝝ: quō nō conuenit multiplicare mādata
 nisi p̄fectis. Aut necessitate vitādoꝝ ma
 loꝝ quō expedit multiplicari p̄cepta imp̄
 ctis. cū. s. multiplican̄ occasiōes in peccatū
 sicut nos videm⁹ q̄ multiplican̄ humane
 leges ⁊ ecclesiastice cōstitutiones: cū multi
 plican̄ maloꝝ occasiōes. vñ ⁊ hoc modo
 conueniebat p̄cepta multiplicari pp̄lo iudeo
 rū. Ad scdm̄ q̄ ob̄ q̄ in pauciorib⁹ via
 maior est. dō q̄ v̄z est vbi p̄ pauciora
 p̄cedit ad vñ: vbi xō p̄cedit ad multa
 multiplicata n̄ est via maior p̄ pauciora imo
 p̄ multiplicata. Unde ē cū conueniret figurari
 multiplicata beneficia: ⁊ numerosā gratiaz
 redemptoꝝ. necessariū erat vt multiplica
 rē ceremonie figuraz legis. Ad tertiū
 q̄ obicit q̄ sbitas mutatiōes abhorret nā
 v̄z est vbi est mutatio in contrariū. vñ
 mutatiōē a pauciorib⁹ ad multa cōtraria
 abhorret nā ⁊ rō: nō at mutatiōē a pau
 ciorib⁹ ad multa nāe conueniētia. Conuenit
 autē nāe varietas exercitiū. tō ad mutatiōē
 in ip̄a varietate cultus diuini necessaria
 fuit multiplicatiō ceremoniaz.

Queritur postea in
 ḡnali. De diuina ceremonialiū. Notādū iḡ
 q̄ quidā ceremonialia legis in tres differen
 tias distinxerūt. s. in sacramēta sacrificia
 ⁊ sacra. Et sacramēta dixerunt instituta
 ad sanctificatiōē. Sacrificia ad p̄pitiatiōē

Sacra ad dei honorationē. Sacramēta le
 gis vt circūcisio ⁊ p̄base ⁊ odo ⁊ hi⁹. Sacri
 ficta xō que offerebantur de aiantib⁹ ⁊ de
 inaiatis vt silia. panes ⁊ libamēta. Sacra
 vt ea que erant sacra ad cultū rōne loci
 ⁊ t̄pis colēdi deū. vñ sacra erāt vt silia ta
 bernaculi ⁊ ornatus ⁊ solēnitates. Dicunt
 ḡ q̄ hec tria necessaria erāt: ⁊ hoc q̄a a p̄
 mo necessariū erat vt sanctificarē vel sc̄i
 eēt q̄ fiebant per sacramēta. Secūdo
 necessariū erat vt irā creatoris declinarēt
 ⁊ pacē ei⁹ ⁊ gr̄am obtinerēt qd̄ fiebat per
 sacrificia. Tertio necessariū erat vt ip̄s
 creatorē cultu placido hoc est loco ⁊ t̄pe p̄
 ut congruit honorarēt ⁊ hoc fiebat p̄ sacra.

Sed ob̄ cōtra. Nā p̄m̄ cōm̄ acceptiōnem
 ceremonialia nō solū cōsistūt in illis a cōs̄
 dicunt aut sacra. aut sacra. aut sacrificia.
 imo in aliis ob̄stantiis que cōpetunt p̄
 sonis vt de cauedis imundiciis ⁊ de cere
 ris de quibus lex voluit decernē ppl̄m̄ taz
 in victu q̄ in vestitu. tam in actu a natio
 nibus ceteris sicut sup̄ dictū est. vñ dicit
 Deu. 4. Mādauit mibi de⁹ vt docerē nos
 ceremonias atq; iudicia que facē debetis.

Itē nō v̄r v̄r v̄z q̄ dicūt sacrificia in
 p̄pitiatiōē. Nā erāt sacrificia que offere
 bant ex mera dilectōe vt holocausta Leu
 i. Itē erāt sacrificia que offerebant i gra
 tiaz actione vt hostia pacificoꝝ p̄ pace col
 lata. Leu. 3. quēadmodū erāt hostie p̄ pec
 cato. Leu. 4. Itē dixerūt quidā cerimo
 nias p̄ncipalit̄ eē circa custodias solēnita
 tū: ⁊ h̄ suantes it̄p̄tationē vocabuli. Nā
 ceremonie dicūt a cereis. i. luminarib⁹. que
 in solēnitatib⁹ apponebāt. vel a carie ⁊ me
 ne. quia tūc debēt in nobis sordes deficere
 Ut ceremonie q̄ cari munie a carendo mu
 nīs. i. officiis suilib⁹. Tñ extēsiōe dicunt
 ceremonie sacrificioꝝ ⁊ alioꝝ. S; incon
 trariū ob̄. q̄ at̄e instōē solēnitatū: ⁊ ante
 legē legim⁹ ceremonias. Gen. 26. d̄ de Da
 braā q̄ custodiuit p̄cepta dei ⁊ mādata ⁊
 ceremonias. Itē Exo. 12. de ritu agni pa
 schal. cū itroieritis terrā ob̄suabitis ceri
 monias istas. Ex quo relinquit q̄ cerimoie
 nō p̄ncipaliter dicūt ob̄suantie solēnitatū

Alii dixerūt q̄ cerimonie dicebant q̄i che
 re normie. i. salutis regule. vñ quia ista que
 instituta sūt ad diuinū cultū. ⁊ p̄cepta sūt
 regule directiue in salutē. dicūt cerimonie
 S; p̄m̄ hoc cū ip̄a p̄cepta moralia maxie sūt

directina in salutē & sūt regule salutis. & cerimonie dicerent. Dixerūt alii in p̄fias sapientū hebreoz q̄ cerimonie dicerent p̄cepta: que nō vident habē rōes; s̄ l̄am. vel quoz rō occulta est & later simpliibus. nota s̄o solis sapiētib⁹. S; s̄ hoc p̄ceptū de imolatione agni paschalis: nō est; cerimoniale. cū rō institutionis dētermīet exp̄sse. Exo. 13. ita q̄ manifesta eēt simpliciibus. D̄r enī ibi narrabis filio tuo i die illa dicēs. hoc est qd̄ fecit mibi dñs qñ egress⁹ sū de egypto. & erit q̄ signū in manu tua & q̄ monimētū ante oculos tuos. & tñ contrariū habet Exo. 12. Cū introieritis i terrā obfuabit cerimonias istas. Itē pari rōe nec festū tabernaculoz eēt cerioiale: q̄ ei⁹ rō exp̄ssa erat etiā simplicib⁹ Leui. 23. vbi d̄r. Mēse septimo festa celebrabitis seprez diebus: & habitabit in tabernaculis vt vīscāt posteri q̄ in habitaculis habitare fecerim filios isrl. Dicendū aut nō solū respicientes ad nomē: sed ad sn̄e rōes; & cerimonialia p̄cepta erāt oīa illa que introducta sunt p̄pter ritū cultus & latriam oditoris s̄ l̄alē rōem. Dicit aut Valer⁹ maximus & istud vocabulū cerimonte latinū est & sumptū fuit a cerere oppido: in quo oppido Romani p̄mo instituerūt ritū sacreuz; Inde est q̄ latini itēp̄tes i lege diuina posuerūt hoc vocabulū. vbi debuit significari ritus colēdi deū. vñ Exo. 15. dixit Jero ad Moysen. Esto ppl'o in his que sunt ad deū: ostendēs q; cerimonias ritūq; colēdi. Dicendū igit q̄ p̄cepta cerimonialia cōstāt in quattuor vīs. Prima ē in obfuantis. Secda in sacramētis. Tertia in sacrificiis. Quarta in sacris. Obfuantias aut in hoc loco dici⁹ in p̄ceptis circa diuinū cultū que data sūt ad eliminationē sup̄stitionis ydolatrie: & dēcinationē occasiois erroris: vt p̄cepta que data sunt circa vestitū vel circa victū: & circa obseruantias imūdiāz & hī: vt p̄ ex p̄cedentib⁹. Sacramēta aut & sacrificia & sacra dici⁹ instituta s̄ l̄am ad latriā; oditoris. Sed referunt sacramēta ad fidē veritatis. Sacrificia ad sp̄ salutis seu pietatis. Sacra vero ad honorē & reuerētiā maiestatis. In sacramētis enī signū est fidei fixitatis. vnde circūcisio d̄r signaculū fidei Habrae Ro. 4. Et sacramētū agni paschalis d̄r signū; eiusdē Exo. 13. Erīt q̄ signū in manu z̄.

In sacrificiis s̄o siue holocaustis seu pacificis seu hostiis p̄ peccato spes pietatis ē & obtinēde salutis sicut p̄ ex Leu. 1. & 2. & 3. & 4. cū d̄r. Sacrificia oblatio suavis odoris deo. In sacris s̄o honorificētia & reuerētia maiestatis dī est. Sacra s̄o ista attendant in instōne solēnitatū & ornatus tabernaculi & v̄tensiliū vlr que deputabāt ad v̄tinū cultū. s̄ hoc ḡ cerimonie i qua drupli v̄tia sunt. Primo in obfuantia eoz que p̄cepta sunt ad reuocationē & dēclinationē sup̄stitionis erroris. s̄ qd̄ d̄r. 3. Re 9. Si auerſi fueritis nō sequētes me: nec custodiētes cerimonias quas p̄posui vobis: si colueritis dōs alienos auferā ysl de superficie terre. Secdo in sacramētis vñ & p̄ sacramēto circūcisionis d̄r de Habraā. Sñ 26. Q̄ custodierit mādata & cerimonias Itē de sacramēto agni paschalis dicit Exo. 12. cū introieritis terrā obfuabit cerimonias istas. D̄r tēa de sacramēto ordinis d̄r Leui. 8. Hec est v̄ctio Aaron & filioz eius in cerimoniis. Tertō in sacrificiis. vñ Leu. 9. Dicunt oblata sacrificia s̄ altare absq; cerimoniis holocausti maturini. & N̄e. 15. De peccate p̄ ignorantia d̄r & offerat vitulū & sacrificia ei⁹ ad libamēta vt cerimonie ei⁹ postulat. Quarto in sacris. vñ Exo. 38. Hec sunt instrumēta tabernaculi testimonii in cerimoniis lenitaz; Ex quo p̄ q̄ v̄tensilia tabernaculi dicebāt cerionie v̄l iter cerionias eē. d̄. igit q̄ diuinitate & ip̄fecte fuit p̄dicta assignatio cerimonialiū legis. S; ob̄ v̄tra positā dīstinctionē. Nā dicit Aug⁹ in li. x. de ci. di. & sacrificiū visibile iuisibilis sacrificii. sacramētū. i. sacz signū est. vñ in psal. Penitēs inquit. Si voluisses sacrificiū dedissē vtiq; holocaustis n̄ delectaberis. sacrificiū dō sp̄s v̄tribulat⁹ z̄. Itē Aug⁹ in eodē q̄ ab hoībus appellat sacrificiū signū ē veri sacrificii. porro mīa v̄ez sacrificium est s̄ hoc ḡ vident nō distigui sacrificia. sacramēta legis cū ip̄a sacrificia sacramēta sint. Itē Aug⁹ i eodē. Si sacrificia que vult de⁹ quoz vnū est cor v̄tritū & humiliatū. nollet legalibus sacrificiis significari nō vtiq; de his offerēdis in lege veteri p̄cepisset. Ex h̄ ḡ relinquit q̄ nō distiguit cerimonie sacrificioz: & sacramētoz. Cōtra. Sacrificiū signū est veri sacrificii. v̄ez aut sacrificiū est op⁹ meritōiū. vnde Aug

x. de ciu. di. Uez sacrificiū est oē op^o quod agit vt scā societate inheramus do Re latū. s. ad illū finē boni quo veracit^r beati eē possumus. Cū g^o sacramētū pprie non sit signū sacri opis qd a nobis est: sed ipi^o grē sacre que a do est: et nō a nobis. sicut dicit ad Ro. xi. Si grā dī iā n̄ ex opibus: aliogn grā nō est grā. Sacramētū enī est inuisibil grē visibile signū. Relinquit g^o q^o sacrificiū legis: nō est pprie sacramētū. R^o sacramētū dī colter et pprie. Colter signum sacre rei seu illa res sit op^o sacz: qd ab homine est: seu illud sit grā que est solū opus diuinū. Et hoc mō dicit Aug^o. sacrificia eē sacramēta. Prope^o hō dī sacramētū signū sacre rei que est grā et nō op^o humanū: et h^o mō distinguēdū est: ga sacrificia duplicem intentiōz significatiōis habebāt. Erāt enī signa futuroz et faciēdoz. vt erāt sig^o futuroz et significabāt de futuris grīs in xpo. vñ dicit Isido^o sup^o Leuiticū oēs legales hostie xpi hostiā pferebāt: et isto mō sacrificia pnt dici sacramēta fspcū grē xpi ga tñ sacramētū pprie dī q^o est signū grē que in nobis est: est a xpo. Nō dicē^o p^o mō dū ppriū sacrificia sacramēta. Scōz hō q^o erāt signa faciēdoz. patet ampli^o q^o n̄ possūt dici sacramēta pprie: exceptis quibusdā que erāt pncipalit^r iustituta ad significandā grām vt forsitan sacrificiū vitule raffe: et sacrificiū ossecratiōis sacerdotū

Consequenter queri

tur in spali circa obsuantia cerimoniarū de imūdicia. Et qrit pmo colter: quid dicat pncipiū vel origo imūdicie. Scōz hō in pncipali qritū ad vřam statū ante legē in lege. et post legē. Quātū ad pncipiū obiciūt sic. ga pncipiū imūdiciaz: aut dī eē a nā rez: aut ab vsu illaz. aut ab institutione aut a significatiōe. Q^o aut a nā nō habeat originē hī imūdicia ostēdūt sic. Natura rez pōt osiderari triplr. Primo simpliciē et p se: et sic dī Gen. i. vidit de^o cūcta que fecerat et erant valde bona. Sitr dīc Aug^o q^o fuerāt oīa creata: valde bona: et ita valde munda: et ad Ro. i. 4. Scio et ostido ī domino Ihu xpo qd nihil est cōe. 2^o osiderat nā rez in cōpatione eaz ad inuicē in respcū. s. minus nobiliū ad magis nobiles p^o qd dicit Aug^o. Oīa sunt mūda nāliter s^o ex opatione melioris nāe: quedā reputat

imunda. ex hoc accipit hī imūdicia de q loquimur. Cū aut fere oēs res opari hēant ad nobiles. g^o p^o hoc hī imūdicia fere ī oibus eēt quod falsū est. Prētēa vñ cōtrariū. q. s. quedā res nobilioris nāe reputarent imunde: vt aquila et leo et hī. qda^o hō minus nobilis nature reputarēt mūde vt ouis capta et hī. Tertio mō osideratur nāe rez: nō absolute in se nec in relatione eaz ad inuicē p^o ordinē vniuersi. sed in opatione ad pctm rōnalis creature. s. nec ex hac opatione pōt dici q^o hēat ortum hī imūdicia p aliquid. s. extractū ex hī peccō ga si dicat ex opatione ad peccatū homis p^o q^o dī sup illud Isa. 30. Erit lux lune sic lux solis: et lux solis septēplr: q^o oīa dēteri orata sūt ppter hominē. Contra. Hoc ē ga p^o hoc in oibus eēt ista imūdicia. Ex his g^o relinquit q^o imūdicia ortū nō potuit habē ex nā. Itē q^o abusa rez non potuit habē ortum imūdicia ostendit. Si ei dicerent imunda ga vsui sustentationis in epta p^o hoc imunda eēt quecūq^o ad vsū hūane sustentatiōis nō ogruerent. munda hō essent quecūq^o esui hominū ogruerent p^o hoc g^o porcus et multa alia que lex vocauit imunda nō reputarent imūda. Itē si dicat q^o ex vsu malo hominū dicūt ista aīalia imunda ga ydolatre eis vtebant ad supstitutiones ydolatrie. p^o q^o dīc Origenes sup libz numeroz Phytionibus dracones et alii serpētes mīstrare pbibent. Auguri bus hō quedā aues que lex reputant imundas. Cōn. Tā boues q^o oues et hī. multo tiens offerebant ydolis ab ydolatriis. vt 3^o Reg. 18. De sacerdotib^o Baal: qui obtulerūt ei bouē. Ergo p^o hoc oues et boues reputarent imunda. Itē si dicat q^o hoc dī ppter abusū dyaboli: ga aliq^o aīalia ex pmissione diuina subiciūt demonib^o sicut spēs Gen. 3. et sicut porci. s. Math. Cōn. Scōz hoc et boues et oues dicerent imunda cum ex pmissione diuina voluntati et potestati demonū ccedant Job. i. dixit dñs ad Satan. Ecce vniversa que hī in manu tua sūt et ibi dī. q^o opatione demōis dīcedit ignis de celo et cūctos oues puerosq^o osumpsit. Ex his g^o relinquit q^o ex vsu rez nō potest habē ortū imūdicia. Itē si dicat q^o ex institutione ortū habuerit hī imūdicia. Cōn. Constitutio circa imūdicias aīaliū nulla emanauerat ante legē. Leui. xi. et tñ

ante legē: et etiā ante diluuiū dñi Noe gñ.
 7. Q̄ ex aiantibus mundis tolles septena.
 De aiantib⁹ 7o imundis duo. ḡ ante cōsti-
 tutionē legis erat imundicia in aialibus.
 nō ḡ ex cōstitutione est imūdicia. Si 7o
 dicat q̄ in Sen̄ dicit imunda: nō quia tē
 essent imunda. sed quia postea ex cōstitū-
 tione legis futura erāt imunda. Cōn. f. 13
 ḡ Moyses loquit f. 13 tps legis. Si ergo ex
 cōstōe legis facta est discretio mundorum
 ab imundis: et ante legē nō erat imūdicia
 ante legē nō poterat eē discretio mundo-
 rū ab imundis. ḡ nec electio. ḡ inutiliter
 et incassū diceret ad Noe Gene. 8. De ani-
 mantib⁹ mūdis tolles septena: de imundis
 7o duo. Itē si dicat q̄ imundicia ortus
 habuit a significatione: alis a signatione
 ut ille res dicant munde que p̄ proprietates
 suas significatiue erāt mūdicie mox: ille 7o
 dicant imūde q̄ sūt significatione imūdicie
 peccatorū. Cōn. Sicut dicit beatus Dionysius
 in hierarchia angelica. f. 13 eloquia dīna. Sū-
 z. Oīa valde bona. et iō ex oībus elicē est
 bonas speculationes. Reliquē ḡ q̄ oīa eēt
 mūda. q̄ oīa p̄t eē signatiua boni. vñ et ipse
 dñs vocat se vermis. Psal. Ego sū vermis
 et nō hō. et vocat leo Apoc. 5. Uicit leo de
 tribu iuda. et tñ ista f. 13 legē reputant im-
 mūda. Relinquit ergo q̄ p̄pter signatiō-
 boni nō dicit munda. Itē cū in oīb⁹ re-
 bus sit repire aliquas proprietates signatiuas
 boni. aliquas signatiuas mali. vnde et p̄ leonē
 aliqñ signatur x̄ps Apoc. 5. Uicit leo de t̄ba
 aliqñ dyabolus. i. De. 5. Aduersari⁹ noster
 dyabolus tāq̄ leo rugiēs circuit querens
 quē deuor. Ergo f. 13 oīa eēt mūda et im-
 mūda rōne diuersoz. R. vñ q̄ imūdi-
 cia nō accipit ex vna sola. s̄ ex plurib⁹ cau-
 sis appropriatis q̄tuor ḡnibus cap. Causa
 enī materialis seu dispositiua imūdicie
 est ex pte nāe nō tñ simplr. Simpliciter enim
 f. 13 nām nihil est imundū. Ex cōpatione tñ
 aliquomō imundū dñ. f. 13 q̄ dicit Aug. s̄
 Sen. 7. Oīa nālī mūda sūt: s̄ opatōe melio-
 ris nāe: quedā dicunt imunda: sicut bos leō
 melior. q̄ hōi necessarios: p̄ter quē creata
 sunt oīa. Cā 7o formalis imūdicie accipit
 ex pte vsus seu abusus: et hoc q̄ illis aialī-
 bus p̄ncipaliter et p̄ ceteris que lex vocauit
 imūda abutebant: aut ydolis imolādo. aut
 augurādo seu maleficia exercēdo: s̄ q̄ dicit
 Origenes. Cā 7o efficiēs imūdicie sūpra

est ex pte institutionis: que institutio p̄nci-
 paliter ortū hūit ex vsu vel cōtra abusu da-
 ta est: ut. s̄ elongarent ab ydolatria et pa-
 niret inobediētia. Elongarent ab ydolāta
 in hoc q̄ p̄bibebant ab his vescedis l̄ cō-
 tingendis que ydolatre p̄cipue habebant
 quēadmodū p̄tibent vti vestimēto ex la-
 na et lino cōtecto: ne eēt similitudo colētiam
 deū cū ydolatre que in venerationē ydo-
 latrie vestimētis talibus utebant ut puni-
 ret inobediētia f. 13 q̄ dicit Aug. in libro
 q̄onum noui et veteris tes. sc̄az lex nō in
 p̄ordio legis data est. sed enī duce perfī-
 dia vñ p̄missis fidē nollēt dare ad duritiā
 cordis sui acceperūt p̄cepta nō bona. sicut
 dicit p̄pha Ezech. 20. v. Supbis enī hoīb⁹
 et cōtumacibus nō debuit tota creatura s̄i-
 ci. Cā 7o finalis fuit signatiua. in signū enī fu-
 erūt institutiones legalīū imūdiciaz sicut
 et cetera leges obfuantie. vñ ad Heb. 10. dñ
 Umbra hñs lex futurorū bōz. et i. cor. 10. Oīa
 in figura cōtingebāt illis: q̄a p̄bi⁹ mūdi-
 cia vel imūdicia signatur aliquid circa x̄p̄s
 futurū: vel circa nos gerendū. Ex his igit̄
 q̄tuor simul aggregatis: nō ex vno tantū
 determinat rō mūdicie vel imūdicie. et
 p̄ bec p̄ r̄sio ad obiecta.

Meritur postea

q̄ imūdicis i p̄ncipali s̄ vñ: sta-
 tū p̄no igit̄ querit de imūdicis q̄
 ad statū aī legē. iux̄ illd̄ Sen. 7. De aiantī-
 bus mūdis tolles septena et septena. De im-
 mūdis 7o duo et duo. Secūdo de imūdicis
 legis de quib⁹ Leui. xi. az. et. i. 3. et in aliis.
 Tertio de imūdicis post euacuationē
 legis de quib⁹ dñ Act. 13. Ubi decreuit cō-
 siliū Ap̄loz abstinē a suffocato et sanguie

Quantū ad statum

ante legē. Querit ḡ q̄re ante tps Noe non
 fuit mētio de mundicia vel imūdicia.
 Nā cū imūdicia f. 13 q̄ dicitur est quodāmo-
 ortū habuerit ex nā. Natura semp eadem
 fuit in aiantibus. ḡ a p̄ncipio mētio debu-
 it fieri de mundicia et imūdicia aiantīū
 Si diceret q̄ ante tpa Noe nō erat abusus
 aialium que reputant imunda. Sili modo
 poterit dici q̄ t̄pib⁹ Noe non erat abusus
 cū t̄pibus eius nō legat ydolatria. Itē
 querit cum dñs p̄cepit Noe Sen. 7. ut de
 aiantibus mundis et imundis poneret in

archa et septena de mundis. bina de imundis. Et sciebat Noe que eent munda et imunda. Querit igitur vñ habuerit hanc noticiam si dicat quod ex instinctu nature pari ratione et alii precedentes hoc ipsum cognouissent: cum instinctus nature idem maneat penes omnes habentes eandem naturam. quod tamen nusquam legitur. Si dicat quod ex inspiratione diuina eadem facilitate negari potest qua et affirmari: cum hoc non legatur.

Item querit iuxta scripturam illi precepti: quare plura iussit accipi de mundis quam de imundis quia de mundis septena: de imundis tamen duo. Item querit in impari numero summum munda. Immunda vero et etiam rationalia in numero pari. Si dicat secundum Rabanum in glo. Quod impar numerus virtutis spiritum pretendat. Par vero infirmitatem. Contra. Sed hoc est rationalia debuerunt sumi in impari numero cum rationalibus maxime operatur spiritus virtutis. Item querit an ante legem quod erat imundum quod ad imolationem esset immundum quantum ad commestionem: quod vñ quia indistincte dicitur de animalibus mundis et imundis. Generaliter autem imundicia extendit respectum imolationis. et respectum commestionis. Contra. Item. De quod mouetur et viuit erit nobis in cibum. Et omnia animalia secundum hoc erant munda quantum ad commestionem. Sed constat quod tunc non erat omnia munda quantum ad imolationem. quia dicitur Gene. 8. Tollens Noe de cunctis pecoribus et volucris mundis obtulit holocausta. ergo aliqua animalia erant imunda quo ad imolationem. Item ad idem est quod dicit Augustinus. in quonibus noui et veteris testam. Escaque lex non in premeditatione legis data est. sed multo magis nec ante legem: et tamen mundicia et immundicia reputabatur in animalibus quam ad imolationem. Item querit cum in lege Levitic. 3. Adeps carnis et sanguinis reputentur imunda quo ad commestionem. non tamen quod ad oblationem. Imo illa precipue. scilicet adipem et sanguinem precipit de se sibi offerri quare ante legem et temporibus Noe non reputarentur imunda. Commestio adipis cum reputetur imunda commestio sanguinis per illam diuinam constitutionem qua dictum est Noe. Item. De quod monef et viuit erit vobis in cibum. excepto quod carnem cum sanguine non comedetis. Item querit cum in lege dicitur terminentur imundicia ex parte brutorum et etiam hominum. Levitic. xi. 12. 13. et 15. Ante legem vero legitur imundicia ex parte brutorum. vñ et ad noe dicitur est Gen. 7. De animalibus mundis et imundis tolles etc. Quare ergo sibi modo non fit mentio

de imundiciis hominum. Item per ordinem ad obiecta. Ad primum quod querit quare ante tempus Noe non fit mentio de imundicia et mundicia animalium: et specialiter quo ad imolationem. Respondet quod duplex ratio secundum allegoriam concurrebat. Cum enim oblatio sacrificii fieret propter expiationem originalis ante tempus circumcissionis et propter expiationem actualis. Duplex erat figura seu significatio sacrificii. vna sacrificii passionis christi: quod principaliter erat ad expiationem seu mundationem originalis. Alia sacrificii penitentiae. seu cordis contritionis quod proprie est ad emundationem actualis.

Quantum autem ad significationem sacrificii passionis christi conueniebat ut secundum occursum temporis magis et magis et magis fieret declaratio veritatis. Unde quia sacrificium redemptionis per christum debebat fieri in carne et in munda carne: et esse in carne humana. Item in exordio prime etatis in sacrificio Abel figurabatur in carne munda fieri. Postmodum in secunda etate in exordio per sacrificium Noe ostenditur futurum in carne munda. Tertio in exordio tertie etatis in habuam cum precipue filius imolari ostendebatur futurum in carne munda et humana. propterea conueniebat ut ratio sacrificii Noe in quo incipiebat 2a etas et maior etiam debuit esse declaratio sacrificii redemptionis quam prius fieret mentio de imundicia carnis sacrificiade. Quantum ad significationem sacrificii penitentiae seu cordis contritionis quod proprie ad emundationem: imundicie actualium peccatorum conueniebat. ut tempore Noe in quo maxime habundabant imundicie actualium culpam: quia omnis caro corrupta via sua Item. 6. fieret mentio de mundicia et imundicia nature sacrificiorum. Ad secundum quod querit qualiter Noe habuit noticiam de mundicia et imundicia dicitur quod primum ex natura: primum ex ratione. primum ex inspiratione. In animalibus que secundum legem reputantur imunda. quedam sunt homini nocua. quedam sunt homini inutilia. Quedam vero sunt necessaria. Nocua sunt serpentes et leones et hi. que sua feritate hominibus frequenter nocent. Inutilia vero ut quibus non potest homo uti nec ad victum nec ad vestitum: nec ad laboris adiutorium. sicut formice stelliones et infinita genera reptilium et etiam animalium et autum. Non necessaria ut sine quibus vita hominis potuit sustentari et secundum hoc solum ingenium gressibilem omnis et capra et bos necessaria homini iudicantur: quia prebet homini victum vestitum et adiutorium potissime sunt timore nocumendi. Alia vero sicut canes equi etc.

nō se habet hoc mō. Et iō sine illis pōt cō
uenient vita hōis agi. Accedente igit rōe
cū instinctu nāe: et supueniēte diuina inspi
ratione Noe habuit notitiā mundoꝝ et im
mūdoꝝ. Instinctu enī nāe p̄mittēdum
ē. et q̄i abiciēdū quicqd est nāe nociuū: aut
futile: aut nō necessariū velud imundum
pari hō rōe cōferēte etiā talia abiciet velud
imunda. Fortitus hō adueniēte spiratōe ad
declarationē sacrificii redēptōis in carne
mūda. Dicendū ḡ s̄m Aug. q̄ opatōe me
lioris nāe ī illis que homini sunt salubria
vtilia et necessaria: potuit rōe et nā quedā
reputare imūda. Ad illud ḡ q̄ obic̄ q̄
pari rōe p̄cedētes possēt illud cognoscere
Dicendū q̄ v̄ez ē si īstictui p̄sone accessis
set rō et inspiratio. Rō que s̄ p̄fectionem
iusticie solis necessariis et vtilibus cōtēta
cēt. Inde est q̄ ex p̄uilegio singulari d̄ noe
d̄ Gen. 6. Noe vir iustus atq; p̄fect⁹ ē.

P̄terea inspiratio que accessit ad Noe
cū ei locutus est de⁹ vt sicut inspirauit ei
q̄ de mūdis tollerēt septena et septena. de
imundis hō duo et duo. ita p̄s inspirauit
que debēt reputare imunda et que munda

Ad tertiu q̄ querit̄ quare p̄ceptū ē plu
ra tollere de mūdis q̄ de imundis. R̄
s̄ Aug. vt plura eēt que hōibus p̄deēt
q̄ que nocerent. et alia rōe s̄ Rabanū. vt
egressus Noe de archa hēret q̄ imolaret
et māducaret. Ad quartū hō. s. quare in
īpari numero sumūt mūda. imūda hō et ra
tiōabilia ī numero pari. R̄ s̄ Rabanū
Impar enim numer⁹ virtutis sp̄s p̄tendit
Par hō īfirmitatem. Sed cōtra hanc re
sponsonē sic ob̄. q̄ s̄ hoc deberēt rōnabi
lia sumi ī numero īpari. Et iō v̄ aliter
respondēdū d̄: q̄ irrōnabilia sunt mūda
ad duo: seu ad duplicē v̄sum. Ad v̄sū. s. p
pagationis nāis: ad quā necessaria est pa
ritas masculi et feie. Et ad v̄sū sustentati
onis hōis vel imolationis et q̄tū ad hoc n̄
est necessaria paritas maris et feie. q̄ q̄ erāt
ad v̄sum p̄pagationis nāe et nō ad v̄sum
sustentatōis vel imolationis debuerūt eē
ī numero pari sic rōnabilia et imūda. q̄ hō
ad duplicē v̄sū īpari. Ad q̄ntū. s. q̄re
nullū aīal reputat̄ imundū quo ad cōmesti
onē: s̄ q̄ntū ad imolationē. R̄ imūdicia
quo ad imolationē: ītroduc̄ta est ad figurā
sacrificii redemptionis futuri in carne mū
da: que cōpetebat vt dictū est t̄pibus Noe.

Mūdicia quo ad cōmestione ītroduc̄ta est
p̄ncipalr in penā cōtumacie: vt dicit Aug⁹
in q̄onib⁹ no. et vete. tes. vt dictū est. nō at
puniēda cōtumacia ante legis p̄uaricatiō;

Ad sextū d̄. q̄ p̄hibitio sāguinis p̄mo
ītroduc̄ta est in horrozē effusionis sāguis
hūani: ne p̄pter assuefactionē cōmestione
sāguis aīaliū minus horrerent hominum
occisionē et a cōmestione sāguinis aīalis
iualescēte crudelitate t̄n̄sirent ad cōmesti
onē humani sāguinis. quēadmodū de ha
bitatōib⁹ terre sancte d̄ Sap. 12. illos anti
quos habitatores terre scē tue exhorruisti
filioꝝ suoꝝ necatores sine misericordia cō
mestores viscerū hominū et deuoratores sā
guinis. et iō paucis existentib⁹ et exemplo
Chayn p̄nis ad irā. Sap. 10. Per irā homi
cidii fraternitas deperit. et itez. Dionis
ad supbiā et rixā sic p̄ ī turri babel. Gen.
xi. Ītroduc̄ta obuit p̄hibi⁹ efus sāguis. et
hō ītroduc̄ta est cōtra cōsuetudinē ydolatre
que sāguinē imolatiōis in venerationem
ydoꝝ bibebāt: et adipes cōmedebāt. Gen.
32. de quoꝝ victimis cōmedebāt adipes et
Et hoc mō iualescēte ydolatria p̄ legem
debit p̄hiberi v̄trūq;. Ad septimū d̄.
q̄ imundicia hominū ītroduc̄ta est ī bon⁹
vel cā eliminationis ydolatrie: sicut patz
ex p̄dictis. Et iō ante legē et inchoationē
ydolatrie nō debuit ītroduc̄ta. Ex cā vero
ītroduc̄ta est imundicia et mundicia: sicut
patet ex p̄dictis.

Postea queritur de

imundiciaꝝ ob̄suantia q̄ntū ad statū le
gis. Omissis igit̄ his que in p̄missis q̄sita
sunt circa istā materiā q̄e de rōne cerimo
nialiū p̄ceptoꝝ: que cū in lege determinēt
circa gressibilia et volatilia aliquid mun
dū et aliquid imundū q̄ntū ad cōmestioē;
et imolationē Leui. xi. Quare nō deteriat̄
circa natatilia mūdicia et imūdicia quo ad
imolationē: s̄ t̄n̄ quo ad cōmestione. Leui. xi.
Nā circa illa magis vident̄ determināda
ga aquatilia aptiora videbant̄ ad imolan
dū q̄ gressibilia vel volatilia. ga gressibi
lia ortū habēt ex terra que maledicta ē ḡn
3. Aquatilia aut̄ ex aqua que benedicta est
Gen. 1. et nō postmodū maledicta. P̄terea
volatilia et si hēant ortū ex aqua magis t̄n̄
viuūt in terra siue ex terre nascētib⁹ q̄ in
aqua. Pisces aut̄ et generant̄ ex aqua et in

aqua viuūt oīno. q̄ mundiora ⁊ ad imolan
dū aptiora videbant aquatilia q̄ reliqua
q̄ potius de his determinādū erat. Ad
hoc rīdendū f̄^m Aug. q̄ sic dicit. Promissī
uas figuras in victimis aīalium celebrari
oportebat p̄pter cōmedationē future car
nis ⁊ sanguinis: per quā vnā victimā fiet
remissio peccatorū de carne ⁊ sanguine cō
tractoz. ⁊ ē cōsensu: q̄ sacrificia illa erāt
signa veri sacrificii futuri in carne xpi. p̄
cui⁹ imolationē fieret remissio peccatorū;
que quidē peccata cōtraximus a carne f̄^m
quā ppagamur a p̄mis parentib⁹. Id̄ op̄ere
bat q̄ illa sacrificia fierēt ex carnibus gref
sibiliū vel volatiliū que ppinquitē habēt
similitudinē ad carnē humanam ⁊ non ex
piscibus.

Deinde queritur ^{de} obf
uātia imūdiāz post euacuatōez legis fa
ctā. vt de suffocatis ⁊ sāguīe. Utrū. s. teneā
mur mō n̄ cōmedere sāguīe ⁊ suffocatum
Circa qd̄ sic obf Act. 15. Determinat cō
tērio facta iter fideles oueros de gētib⁹
⁊ oueros de iudeis de circūcisōe: i. cuius
determinatōe determinatū est p̄mo a beato
Petro: sc̄do a Jacobo: tertio a toto cōcilio
ap̄loz. q̄ fideles ouersi abstinerent se ab
imolatis simulacroz ⁊ sāguīe ⁊ suffoca
to ⁊ fornicatōe. Ergo cū aliis legalib⁹ eua
ngelico remāserūt ista. s. q̄ abstineat a suffocato ⁊ sāguīe ⁊ imolat
p̄dolorum que immūda reputabāt in lege
v̄t q̄ adhuc remaneāt iste imūdiāz f̄^m de
creta illius sc̄lī. Ergo peccat adhuc qui
nē facit cōiūtiū. Itē sup illud Act. 15.
Glo. Rabani hec necessaria sūt sine qb⁹ nō
ē salus: sed circūcisio necia nō est. Itē glo
Bede illud suffocatum ⁊ morticinū de quo
dicit Ezech. 44. De morticinū ⁊ capuz a
bestia de auibus ⁊ de pecorib⁹ sacerdotes
nō cōmedant illud cui⁹ sanguis nō est effu
sus sup terrā. hoc p̄ceptū ouēit illis q̄ inū
cti sūt oleo spūali qd̄ ap̄stoloz epla suan
dū decreuit. Itē sup illud Ezech. 44. De
morticinū ⁊ c. dicit Jero. iūx litterā omī ḡnī
electo regali ⁊ sacerdotali xp̄iano. s. hec p̄
cepta oueniūt vt morticinū nō cōmedant
qd̄ in actib⁹ ap̄loz d̄ suffocatum que neces
sario obfūada ap̄loz de Jrlm epla monet
Act. 15. Itē p̄ceptū fuit ante legē nō cō
medere sanguīe Deū. p̄. ⁊ in lege Leui. 2^o

⁊ post legē Act. 15. q̄ semp est suandū.

Cōi. Ad Ro. 14. Oīa munda erant vel
sūt ⁊ in eodē. Scio ⁊ cōfido in d̄no ih̄u
qd̄ nihil est cōe. ⁊ ad Ibr̄ū. i. Oīa munda
mūdis. Itē sup illud ad Ro. 14. Oīa
mūda ⁊. Glo. Aug. nullus cibus culpabilis
est vel imūda: s̄ solū inordinatio cōcupie
i cibus culpabilis est. v̄n̄ dicit sic. Creaturā
dei scimus n̄ esse culpabile: q̄ creatura dī
oīs bona est: s̄ inobediētiā cōtumacē: ⁊ for
dinatā cupiditatē nō p̄pter potū s̄ p̄pter
pomū mortē p̄mus homo iuenit: ⁊ Esau p̄
matū suū nō p̄pter gallinā: s̄ p̄pter lenticu
lā pdidit. Scio enī Noe oē genus carnis
qd̄ p cibus eēt esui māducare cōcessū. Deliaz
cibus carnis resectū. Reg. 17. Johannē lo
cūctis nō fuisse pollutū. Itē Dr̄ g. Quic
qd̄ a d̄o factū est mūdū est. In aīalib⁹ mo
res hoīū ⁊ actus ⁊ volūtates p̄ngūt. q̄
diceret nihil est imūdū ad l̄am: s̄ quedā
reputabāt imūda p̄pter significatōez im
mūdiāz vitioz. Itē Math. 15. Nō quod
intrat in os cōignat hoīem ⁊. Circa istam
cōe: fuerūt tres op̄iones. vna dicit p̄ceptū
ap̄loz de nō cōmedendo sanguīe ⁊ suffo
cato semp suandū est l̄aliter. Alia dicit
semp suandū: s̄ methaphorice ⁊ spiri
tualit̄. Tertia dicit seruandū nō semp s̄ f̄^m
statū ecclesie p̄mitiū ⁊ l̄aliter. Prima
op̄io inī: s̄ x̄bis Bede sup Act. 15. Abstine
ant: ⁊ cū hoc p̄ceptū suare ouenit illis qui
vneti sunt oleo spūali ne cōmedāt illud c̄
sanguis effusus nō est. Itē x̄bis Jeroni.
sup Ezech. 44. De morticinū ⁊. oī ḡnī ele
cto regali ⁊ sacerdotali. i. xp̄iano hec p̄ce
pta oueniunt. Itē Jero⁹ ibidē cōdenat
sacerdotes qui in turdis fiscudulis gruib⁹
⁊ ceteris hui⁹. hec auaritate gule nō custo
diunt. Secda op̄io inī: s̄ x̄bis Rabani q̄
exponit illud abstineat a suffocatis. i. ne in
feriores se suffocent ⁊ sāguīe i. effusōe
sanguinis humani: ⁊ que sibi nolūt fieri al
teri nō faciāt. vnde dicit q̄ epla apostolī
ca cōtinebat necessaria sine quib⁹ nō est sa
lus que sunt tria. de quib⁹ ty. 2^o. Sobrie iu
ste pie viuamus in hoc seculo. Sobrie in no
bis. Iuste ad pximū. Pie ad deū. ista epla
ap̄loz hec tria cōtinebat: i. talis est. Usam
est spūi sc̄o ⁊ nobis nihil vltra sponere vo
bis oneris. q̄ hec necessaria: vt abstineatis
vos ab immolatis simulacroz: ⁊ suffocato
⁊ sanguīe ⁊ fornicatione. ⁊ hoc q̄ dicit
ee z

ab imolatis simulacrorum. hoc est quod dicit apostolus
 sic vivere. scilicet quantum ad deum. ydolatra enim deo
 iniuriat. Quod dicit abstinere a fornicatione
 hoc est quod apostolus dicit. sobrie vivere. hoc est
 quantum ad nos. et quod dicit abstinere a suffoca-
 to et sanguine. hoc est quod dicit apostolus iuste vi-
 uere. scilicet quantum ad proximum. Est ergo sensus. absti-
 neatis a suffocato et sanguine. id est non effuda-
 tis sanguinem humanum. nec suffocetis homines
 minus potentes. Tertia opinio inquit ver-
 bis Bede super Act. 15. Ut abstineat se a
 suffocatis et sanguine. id est effundendo sanguine
 vel manducando cum sanguine. hec quidem ve-
 niunt de gentilitate pro rudimentis fidei
 et inueterata gentilitatis consuetudine concessa
 sunt. Ex quo arguitur quod non solum erat preceptum
 apostolorum abstinere a suffocato et sanguine spiri-
 tualiter seu quo ad homicidium. sed litteraliter
 quo ad esum animalium. et hoc quo ad statum ecclesie
 primitiuum. Tercio inquit hec opinio verbis apostoli
 hoc preceptum in locis pluribus retractant ut
 super obiectum est. quod non erit seruandum post retra-
 ctationem. Contra prima opinionem obicitur. Nam absti-
 nere a sanguine animalium et suffocato. aut est
 preceptum ceremoniale aut morale. morale non
 est: quia non est in corde hominis scriptum vel indi-
 tum rationi. De autem preceptum morale est inditum
 conscientie. Relinquitur igitur quod non est morale; sed
 ceremoniale. quod constat quod non erit tunc gratie obser-
 uandum. Tercio ad Ieremiam. Comedit cum sanguine
 aut est prohibitum quia malum. aut malum quia prohibi-
 tum. si esset prohibitum quia malum. non esset verum
 verbum saluatoris Mat. 23. Non quod stratum in
 os conquinat homines: quod est falsum. Si malum
 quia prohibitum. est retractata prohibitione non
 erit malum. sed retractat ab apostolo. 14. ad Ro-
 manos Scio et confido in domino ihesu quoniam nihil est commune. id est
 imundum pro ipso. quod non erit ulterius obseruandum
 preterea et pro precedentia pro prima opinione; non
 esse vera. Contra secundam opinionem obicitur. Nam
 ipsa dicit quod intelligit de necessario obseruan-
 dis quantum ad ordinem qui est ad deum: et ad se
 et ad proximum. et propter ordinem ad deum est pro-
 hibitum abstinere ab imolatis simulacrorum
 propter ordinem ad proximum est prohibitum abstinere
 a suffocato et sanguine. propter ordinem ad se
 est prohibitum abstinere a fornicatione. Nam
 si hec sunt de necessariis salutis nullo modo
 potest fieri contrarium sine reatu culpe mortalis
 sed comedere de simulacrorum imolatis. hoc est
 de ydolatria hoc potest fieri licite cum sit sine con-
 scientia ydoli: et sine scandalo. sicut ostendit

i. Cor. 7. Si quis infidelis vocat vos omne quod
 apponit vobis manducate nihil interrogantes
 propter conscientiam. Si quis autem dixerit hoc est
 imolatum ydolis. nolite manducare propter illum
 qui idicauit: et propter conscientiam. conscientiam autem;
 non tuam sed alterius. Ex quo relinquitur quod hoc
 non est de necessariis salutis. Tercio sic dicitur
 est Beda dicit quod prohibitio est a sanguine
 fundendo vel manducando cum sanguine. Tercio
 illa prohibitio non intelligit in spirituali quantum
 ad cauendum homicidium. sed etiam literaliter quantum
 ad non manducandum sanguinem animalium. Con-
 tra tertia opinio; obicitur ad Romanos. 13. Omnis aia po-
 testatibus sublimibus subdita sit. ibi dicitur glo.
 Quod mandatum inferioris non soluit mandatum
 superioris. Cum ergo conscientiam apostolorum super sit pau-
 lo mandatum apostolorum non potest solui per Paulum
 Ergo cum predictum preceptum fuerit mandatum
 conscientiam apostolorum non potest retractari per Paulum
 quod est adhuc tenendum. Dicitur quod preceptum
 apostoli cum de suffocato et sanguine potest intelli-
 gi duobus modis. vel de humano sanguine non
 effundendo et hominem non suffocando. vel de
 non manducando suffocatum vel sanguinem. vnde
 Deu. 12. super illud hoc solum canene sangui-
 nem comedas. dicitur glo. ad Ieremiam apostoli hoc pre-
 ceperunt Act. 15. sed in sanguine prohibet ho-
 micidium et fraternum odium. Qui enim odit fra-
 trem suum homicida est. 1. Jo. 3. Vnde istud
 preceptum est obseruandum semper. Secundo modo
 preceptum fuit non simpliciter sed ad tempus quantum ad
 statum ecclesie primitiuum in quo erat diuisio
 ouerorum de gentibus et ouerorum de iudeis;
 ex qua diuisione orta est contentio de legalibus
 obseruandis. sicut patet ex historia Act. 15
 Notandum est quod propter pacificationem ad vitan-
 dum scandalum ouerorum de gentibus et iude-
 is et concordiam inducendam. iudicauerunt apostoli
 melius esse ut non penitentia auferent eis sua ce-
 rimonialia quo ad tempus. et ideo quo ad statum
 illum dimiserunt illud de suffocato et sangui-
 ne qui eligentes medium. scilicet non dimittentes
 multa habentia ceremonialia ut volebant iudei
 nec omnia penitentia auferentes ut volebant gen-
 tiles. et ita pacificati sunt utriusque. Sicut le-
 gimus Paulum fecisse Act. 16. ubi dicitur quod cir-
 cuncidit thymotheum propter iudeos qui erant
 in illis locis. id est oueros de iudeis. vnde dicitur ibi
 glo. Bede. Circuncidit eum non quod figure le-
 gis post veritatem euangelii aliquid utilita-
 tis aufereret sed ne per occasionem iudei a fide
 recederent: quibus lex vetus paulatim tollenda

erat: sic gentibus ydolatra. Quia ergo solum pro illis
statu ecclesie statutum fuit. Idcirco mutato statu
scilicet quando venerunt in unum simpliciter iudei et ge-
tiles cuius iam non erat distinctio iudei et greci
ut dicitur ad Romanos. x. cum iam non erat gentilis et
inde circumcisio et spiritus barbarus et sic ser-
uus et liber. sed omnia et in omnibus Christus. ut dicitur
ad Colossenses. 3. Mutato in quem statu debuit hoc
statutum mutari nec amplius duravit. et propter
hoc Paulus illud mutavit seu retractavit
recipiens auctoritatem a verbis domini: quibus
dixit Math. 15. Tunc quod intrat os coequinat
hominibus. Et pro hoc pro responsio ad primo obiectum
Ad secundum quod obicit de auctoritate Ra-
bani quod hec necessaria sunt. dicitur. quod si intelli-
gat epistola generaliter per primo modum de ef-
fusione sanguinis humani: et suffocatione
hominis simpliciter dicitur: quod sine illis non est salus
et tunc intelligit abstinere ab ymolatis symula-
croz cum veneratione. Si ergo intelligat spe-
cialiter et secundo modo de non comedendo san-
guine et suffocato animalis dicuntur necessaria
non simpliciter: sed per statutum illud. in quo propter sca-
dalu primo erat a talibus abstinendum
per quod dicit apostolus. i. Cor. 8. Si esca scandalizat
fratrem meum non manducabo carnem in eternum

Ad auctoritates vero Iero. et Bede quod in
Iram populo christiano hec precepta conveniunt
dicitur. quod hoc dicitur non quod hoc sit malum per se. sed quia
ex ea multis est malum illis videlicet qui auidi-
tate gula ista comedunt. unde hoc signum exponit
Iero. cum dicit. Quod dicitur sacerdotibus qui hoc
aviditate gula non custodiunt cum. s. peccant
ut interficiant aves sine sanguinis effusio-
ne: ut carnes teneriores et dulciores ad li-
bidinem gula haberent. Sili modo intelligi-
tur auctoritas Bede que supra est a Iero.

Ad illud vero quod obicit quod preceptum de non ma-
ducando sanguine fuit omni tempore preceptum: et ante
legem: et in lege: et post legem. dicitur quod verum
est: sed hoc non quia malum simpliciter: sed quia occasio
mali. unde sicut ante legem Noe facta est phi-
bitio: et hoc propter peccatum hominum ad funde-
dum sanguinem humanum: ut abhorrent effu-
sionem sanguinis humani. sicut per ex Gen. 9.
Carnem cum sanguine non comedetis: sangui-
nem vestrum requiram etc. In lege vero propter peccatum
ad ydolatriam que circa sanguinem exercetur
maxime: ita in primitiva ecclesia propter peccatum
ad discidium a fide et scandalum ex zelo ce-
rimoniarum facta est prohibitio ab apostolis de eo-
dem quod tunc ad illum statum et mutato illo statu

debuit mutari et non ulterius observari. Ad
illud ergo quod obicit ultimo quod Paulus potuit
mandatum apostolicum retractare dicitur. quod hoc
retractavit Paulus non auctoritate propria
sed auctoritate divina. Math. 15. Non quod
intrat in os coequinat hominem. et inspirati-
one divina per quod ipsemet dicit. i. Cor. 14. Si quis
verum iter vos proponit esse aut spiritualis cognoscat
quia domini sunt mandata. postea vero retractatio-
ni Pauli accessit approbatio apostolica cum Pe-
trus confirmavit quicquid in suis epistolis dixerat
Paulus. 2. Pet. vlt. Karissimi satagite im-
maculati et iuolati inveniri. et subdit sic. Ka-
rissimus fratres noster Paulus per datam sibi
sapientiam scripsit vobis in omnibus epistolis.

Consequens est

inquire de ritu sacrificiorum legalium
Circa quod querunt plura. Primo utrum sacri-
ficia legalia fuerint vera sacrificia. 2.
utrum deo placita. Tertio utrum in genere
bona. 4. utrum ex lege nature facienda. 5.
utrum soli deo offerenda. Sexto de personis
offerentium. 7. de inchoatione sacrificio-
rum. 8. de diva sacrificiorum.

Queritur ergo pri-

mo. utrum sacrificia legalia de animalibus fuerint
vera sacrificia: et in quibus esset vera latria con-
ditoris. Supponamus igitur quod quidam conve-
nienter dixerunt quod sacrificium est oblatio que
et sacra fit offerendo. et sacrat seu sanctifi-
cat offerentem nisi irreverentia aut peccatum
offerentis impediatur. si ergo in mactationibus animalium
nulla erat sanctitas: quia non sunt suscepti-
bilia sanctitatis seu virtutis aut gratie: nec
etiam sanctificabat offerentes. Relinquitur
 te i circūcisione data est ut q̄i renouatio fu
 tura in circūcisione dinoscet. in illa aut̄ re
 nouatione erit abolitio oīs corruptiōis: 7
 pene. illud aut̄ signatū nūdū venit nec im
 plendū est nisi i fine mūdi. ḡ debet manē
 circūcisio vsq; ad finē mūdi. Itē in tpe
 gr̄e dicebat apl̄s ad Ro. 2. Circūcisio qd̄
 p̄dest si legē obserues. ḡ vtilis ē cū obserua
 tione legis tpe gr̄e. ḡ debet manē. Itē
 i Job. 2. qui dicit se in x̄po manere debet
 sicut 7 ille ambulauit 7 ipse ambulare. i
 Pet. 2. X̄ps p̄ nobis passus est nobis reli
 quens exēplū. Greḡ nāq; in dialogo dicit.
 Redēptor n̄r p̄ mortale corp̄ oē qd̄ egerit B
 nobis in exemplo p̄buit: ut p̄ n̄raz viriū
 modulo eius vestigia sequētes in offenso
 pede opis p̄ntis vite carpan̄ v̄tā. s̄ x̄ps
 circūcisus ē. ḡ 7 nos ad exēplū ei circūcidi
 debem̄: cū ipse hoc egerit i corp̄ mortali.
 7 sicut dicit. Quicq; in mortali corp̄e egerit
 nobis in exemplo p̄buit. Itē apl̄s tēpe
 gratie legis Timoreū circūcidisse Act.
 xvi. ergo exēplo x̄pi 7 apl̄ico erit circūcisio
 tpe gr̄e faciēda. Con. Ad Gal. 5. Si cir
 cūcidimī x̄ps nihil p̄derit vobis. 7 Act.
 xv. ex cōsilio apl̄oꝝ vbi sup̄ hoc mouebat
 questio: determinat q̄ circūcisio nō est ser
 uāda. Itē querit cū x̄ps legal̄ circūcis̄
 7 baptizatus: quare nō circūcidimur eius
 exemplo sicut baptizamus eius exemplo.
 Itē cū baptismus sit remediū cōtra pec
 catū. saluator aut̄ q̄ cōceptus est de spiritu

sancto non habuit in se aliqđ pctm. qđ nec debuit suscipere remediū cōtra pctm. qđ non debuit baptizari nec etiā circūcidi cū ip̄a circūcisio ī remediū instituta fuerit.

R. 6^o Aug. in qñibus noui et vet. testi. circūcisio vsq; ad xpm. indulta ē habita; Habita autē circūcisionē ī p̄misso xpo accepit ut tā diu circūcisio curreret qđ oīn xps nasceret. p̄missus habitaē qđ oēs gentes iustificaret p̄ fidem: sicut fuerat iustificatus habitaē. ita debuit circūcidi ut ipse pbaretur esse qđ p̄missus habitaē esset. ita ut de cetero circūcisio cessaret īpleta p̄missione. baptism^o autē nō debuit cessare: qđ forma renascibilitatē ē a xpo cepta. nō p̄ data et vsq; ad xpm. cōsumata. Ad p̄mū qđ obiicit qđ circūcisio ē in fedus eternū. vđ qđ fedus eternū pōt ītelligi qđtū ad signū vel qđtū ad rē signatā. Quātū qđ ad signū seu figurā non est circūcisio in fed^o eternū sed qđtū ad rē signatā. vñ dicit glo. Gen. xvii. ī fedus eternū: qđ aliqd eternū signabat et hoc adhuc tenet et obfuitur a xp̄iano: signat enī circūcisio abolitionē culpe. et hoc est p̄ gratiā ī p̄nti que datur in baptismo. et signat abolitionē pene et b̄ ē p̄ gloriā ī futuro sc; ī gñali resurrectionē. Et hoc est qđ dicit Aug^o cōn faustum. Si queris qre nō circūcidi carne xp̄ian^o. et si xps nō venit legē soluere. R. imo iāz ideo nō circūcidit xp̄ianus. qđ id qđ eadem circūcisione p̄habat iā xps īpleuit. expoliatio enī carnalis generationis: que illo facto figurabat iam xp̄i resurrectionē īpleta ē: qđ ī nra resurrectionē futuz sacramēto baptismati cōmēdat. Nā neq; penit^o debuit auferri noue vite sacramētum: qđ restat adhuc in nobis futura resurrectio mortuoz; et in melius tñ idest succedente baptismō debuit cōmutari. Ad secūndū dicendū qđ signatum circūcisionis dicit īpleri dupliciter. ī exēplo seu cā: et in re seu effectu. In exēplo seu in cā signatū circūcisionis īpletū est in resurrectionē xp̄i qđ est cā et exēplū nostre resurrectionis. In re seu cō et in effectu nūdum cōpletum est. qđ nō ē adhuc nostra resurrectio generalis. et iō qđ iam cōpletū est in cā seu in exēplo. si gñum illud euacuādū ē. et hoc est qđ dicit Aug^o cōtra faustum qđ adhuc p̄mittit ecclesie id est corpi xp̄i et in manifestatiōe p̄stat in xp̄o capite corpis saluatore. i. in xp̄o me

diatore dei et hoīu; hōīe xp̄o ību. Jā vtiq; cōpletum ē. qđ enī p̄mittit nisi vita etna ex resurrectionē a mortuis: hoc iā cōpletū est ī illa carne que verbū factum est: et qđ fidelibus p̄mittit in iudicio iā cōpletū ē in exēplo. Ad tertiuū dicendū scđm qđ dicit ibi glo. qđ loquit ibi ap̄lus 6^o statum legis veteris: ī quo statu p̄fuit circūcisio sed nō p̄fuit ad salutē sine spūali obseruatiā legis. et ideo dicit. circūcisio p̄dest si legē obserues. si autē p̄uicator sis legis circūcisio tua p̄pucium facta ē. tpe autē gratie p̄ qđ veritas exhibita ē nō mō nō p̄dest sed etiā obest. Un̄ Greg. ad Gal. 5^o dicit. Si circūcidimini xps vobis nō p̄derit. Ad quartū pt; responsio ex p̄cedenti capitulo. Nā xps non suscepit circūcisionē ad exēplum imitationis sed per dispensatiōē ad fidē redēptionis. ut mōstraret ille esse qui fuerat p̄missus habitaē Unde Amb^o sup illud ad Gal. 4^o. factum sub lege dicit. Saluator: fieri debebat sub lege ut circūcisus appareat filius habitaē cui p̄missus erat signū habens eius cui p̄missus fuerat in quo impleta erat circūcisio. et ideo signū iā cessat. Ad qntū vđ 6^o Aug. in qñibus noui et vet. testi. Paulus cū predicaret iā nō oportere circūcidi qđ ip̄sum thimothēū circūcidit p̄pter scādalum iudeoz. Maluit enī rē supflūā facere qđ impitof ex quib^o aliq; possint saluari scādalo esse: sicut et ipse saluator iussit: ut leprosus offerret munera p̄ emundatione sua sicut p̄ceptum erat a Moysē Mat. viii. Et subiecit in testimoniū illis ut hec res testis esset cōtra illos qđ saluator nō erat legis inimicus. Ad illud autē qđ querit quare non circūcidimur exēplo xp̄i sicut baptizamur: pat; rñsto ex p̄dict. qđ sicut dicit Aug^o in qñibus noui. et vet. testi. et Amb^o. Circūcisio fuit ad p̄bationē qđ ipse esset qđ p̄missus ēēt habitaē ita ut de cetero circūcisio cessaret impleta p̄missione. baptism^o hō erat ī formā imitationis. Un̄ sicut dicit Aug^o in qñib^o no. et vet. testi. dignū erat ut ipse exēplo esset futuris filiis dei et qui p̄ baptismum filios dei fieri docebat debuit in se hoc visibiler demonstrare. Ad vltimū hō qđ obiicit qđ baptism^o est ī remediū cōtra peccatū; Respondet Aug^o in qñib^o noui. et ve. testi. Baptizatus est saluator: non vtiq; p̄pter

peccatū: sed ppter iusticiā cōplendā hōis
cām in se suscipiens: 7 p regnationē filios
dei fieri docens baptizari debuit: ut in se
hoc ostēderet ratus. facile enī pbat qd dñs
si videat fieri a mgro. qd fili mō de circū
cistone obiicit sufficientē responū est.

Postea queritur de cessatione
sabbati. Ad qd arguit
ex auctoritate. Exo. xxxi. Custodiant filii
isrl 7 subdit pactū est sempiternū iter me
7 filios isrl signūq; ppetuū. sed si pactum
est sempiternū sempiternē manet illud qd
pepigit deus cū filiis isrl. sed nō pepigit
nisi observatiā sabbati. q̄ observatiā sab
bati sempiterna est. Item si est signum
ppetuū ppetuo signat. 7 si ppetuo signat
ppetuo est. q̄ custodia sabbati ppetua erit
Itē Leui. xxi. dñs de sabbato. Dñs op̄ fui
le nō faciet in eo legitimū sempiternū erit. q̄
lex sabbati lex sēpitna ē. q̄ semp seruanda.
Itē Eze. xx. Sabbata mea dedi eis ut eēt
signū inter me 7 eos 7 scirēt q̄ ego dñs
scificans eos. Itē ibidē sequit. Sabbata
mea scificare ut sit signū int̄ me 7 vos: ut
sciat̄ q̄ ego dñs deus v̄r. Ex hoc arguit
Si aliqd est signū alicui⁹ signati habētis
semp eandē necessitatē 7 utilitatē ut si
gnū: hui⁹ signi euacuatio nūq; erit vtil
sed dānosa: sed signatio sabbati est talis.
signat enī sicut dicit pp̄ba Ezechiel apud
intellectū ut sciat̄ q̄ dñs ipse sit deus.
hoc aut̄ scire semp 7 ppetuo est vtile 7 ne
cessariū. ergo euacuatio sabbati nunq; erit
vtilis semp igit̄ est seruādū. Itē qd ma
gis 7 amplius in lege dīnorū pceptorū
seruandū p̄cip̄ erit amplius obseruandū
Sed tale est pceptū de sabbato. Nā 7 ante
legem pceptū est. Exo. xvi. 7 in lege p̄ce
ptorū moralīū. Exo. xx. 7 in lege p̄ceptorū
indicialīū. Exo. xxiii. Sex dieb⁹ opaberis 7
septima die cessabis. Itē i lege p̄cepto
rum figurālīū. Exo. xxxi. Videte ut sabba
tum meū custodiatis q̄ signū est. Item
in repetitiōe legis p̄ fractionē tabularū.
Exo. xxxv. Sex diebus facietis opus: septi
mus erit vobis sanct⁹. Itē i lege Leui.
xix. Sabbata mea custodite 7 xxiii. dies se
ptimus q̄ sabbati reges ē vocabit̄ sc̄s.
Itē in lege numeroz p̄uaricator sabbati
punitur morte. Num. xv. vbi legit̄ quō
colligēs ligna in sabbato punit̄ morte.
Itē in lege Deus repetit̄ deus. v. Item

in p̄phetia illud p̄ceteris exprimit̄ obser
vandū Eze. xx. In p̄ceptis meis ambulatē:
7 iudicia mea custodite: 7 sabbata mea sc̄i
ficate. Ex his igit̄ arguit̄: si nullū d̄ p̄ce
ptis dīne legis iuenit̄ cū tāta frequentia
repetitū. nec cum tāta districtione 7 auto
ritate mandatū: nullū p̄ceptū legis apli⁹ q̄
sabbatū ē custodiendū. Si q̄ p̄cepta mo
ralia semp sūt seruāda 7 istud s̄l iter: cū
etiā iter moralia numeret̄ 7 maiori aucto
ritate obseruādū inbeat. Itē saluator
cū iudeis de sabbato disputas. Mat. h. xii.
nō dixit sabbatū tpe gr̄e nō eēt seruandū. q̄
q̄ necessitate possit sine offēsa violari. Cū
q̄ nō retractet a xp̄o semp erit seruandū.

Itē querit̄ cū illud qd ē institutū dīna
auctoritate nō possit mutari nisi dīna au
toritate. Qua auctoritate dīna euacuata
sunt 7 sacrificia 7 circūcisio 7 sabbata 7
alia in obseruatiōis legalīū imūdicarū. Si q̄
dīna auctoritate nō sūt interdicta: semp
erūt seruāda. Querit̄ q̄ in quo loco euā
gelii ista sūt retractata. Itē tpe gr̄e ob
suaē tps pasce: 7 tps p̄tercostes. s̄ ille erat
solēnitates legales. Exo. xxiii. 7 Leui. xxiii.
q̄ pari rōne 7 alie solēnitates legales. q̄ 7
sabbatū 7 cenopogia 7 alia maxime cū
sint vacatiōis gr̄a que ē ad deū iustituta.
Con. iiii ad Gall. Cū cognoueritis deum
quō ouertimini ad infima elemēta mūdi.
7 subdit. dies obseruatis 7 menses 7 tempa
7 ānos. timeo ne forte sine cā laboraueris
in vobis. vobis Eto. Jam obseruatis dies iu
daici ritus ut sabbata 7. 7 subdit. Mēses
obseruatis ut neomenias tpa putantes iplē
dīnitū p̄ceptū. Exo. xxiii. Tribus vicibus
anni mihi festa celebrabit̄: 7 annos ut se
ptimū ānū 7 quinquagesimū. Leui. xxv. ex
quo relinquit̄ q̄ sabbata nec cetera legis
festa sūt obseruāda. R̄ i sabbato duo faciūt
sc̄: determinatio diei talis septime: 7 hec
fuit figuralis. 7 figura rei qua adueniēte
debeuit cessare sabbatū. fuit enī figura ge
tis nostre quā habem⁹ in p̄senti p̄ gratiam
xp̄i. 7 p̄ gloriā in futuro. 7 ita nō debeuit
obseruari q̄tū ad determinationē diei septi
me. Itē in sabbato fuit scificatio 7 q̄tū
ad hoc fuit morale. 7 adhuc obseruāt̄ ut oñ
sum est sup̄ qōne de tercio p̄cepto deca
logi. Memēto q̄ diē sabbati scifices 7 h̄
est qd dicit Aug⁹ con faustus. cum queris
sabbati ocīus quare nō obseruat xp̄ianus.

R^o imo id ppterca nō obfuar xpianus: qā q̄ ea figura pfigurabat iam xps impleuit in illo quippe habemus sabbatū qui dixit Mat^h.xi. Venite ad me oēs qui laboratis et onerati estis. Unde nō q̄ in sabbato figurabat quies p gratiā in xpo: et q̄es eter na cui⁹ spes nobis reuelata est. et ideo nō manet nisi ad legendum solū et non ad obfuādū. Et hoc ē qd̄ dicit Aug⁹ in eodem libro Cessationē sabbatoꝝ iā quidē supua cuā ducim⁹ ad obfuādū: ex quo spes reuelata est nostre quietis eterne et nō tamen ad legendū et intelligendū. Ad p̄mū ḡ et secūdu dīcēdū q̄ i scriptura eternum seu sempiternū accipit multipliciter: p̄p̄e coīter. f^o quid. p accidens. methaphorice. p̄p̄ie tribus modis. minus p̄p̄e. magis p̄p̄ie. et p̄p̄issime. p̄p̄issime igit cui⁹ nō est p̄ncipiū nec finis durationis et stabilitatis et hoc mō dīc̄ deus etern⁹ tm̄ et i b̄ sensu dicit Danie. 7^o. Prās eius prās eterna. et is^o. Eccl. Qui vivit in eternū creavit oīa simul. Minus p̄p̄ie qd̄ habet p̄ncipiū et nō finē durationis: quīs finē habeat quodāmodo in stabilitate. qā mutat quō dicit pena eterna. 25^o. Mat^h. Ite maledicti in ignē eternū. Magis p̄p̄ie qd̄ habet p̄ncipiū sed nō finem in durati one uel stabilitate quō dicit vita eterna. Job. 17^o. Nec est vita eterna ut cognoscat te deum. Coīter hō extēso vocabulo accipitur eternū ut dicit eternū cuius finis nō cōstituit in humana acceptione. Et hoc tripliciter. p̄ dicit eternū cui⁹ finis nō cōstituit in cognitione. Deut. 29^o. Abscondita a dño deo nostro manifesta sunt nobis et filiis vestris vsq; in eternū. Secundo modo cuius finis nō cōstituit in affectiōe f^o quē modū. 3^o. Reg. 3^o. dixit berābe ad david. Uinat dñs meus rex in eternus. Tertio mō cuius finis nō cōstituit i recoz datione. 4. Jos. de lapidibus extractis ex aluo iordanis. Id circo positi sūt isti lapides in monumētū filiis isrl̄ vsq; in eternū Scdm̄ qd̄ hō accipit eternū ut dicit eternū cuius finis nō determinat i duratiōe. Et hoc tripliciter: dicit enī eternū condi cione. ps. Thronus eius sicut sol i aspectu meo. et sicut luna p̄fecta in eternū. dicit d̄ david cui nō determinat finis regni i suc cessōib⁹ david si fuissent mandata dei Et etiā eternum iure. Josue. 14^o. Iuravit

Moyles caleph terraz quā calcauerit pes tuus erit possessio tua et filioꝝ tuoꝝ i eter nū: qā nō determinabat finis in iure possi dendī. Ite dicit eternū sigtōe quō dīc̄ de sabbato. 31^o. Exc. Pactū ē sempiternū signūq; p̄petnū. et Sen. 17^o. dicit d̄ circun cisione ad habuā. Statuā pactū meū iter me et te federe sempiterno. glo. qā figura bat eternū. Ite eternū p accidens dīc̄ qd̄ p aliud noīatur eternū. et p̄ b̄ tripliciter. ratiōe fin qd̄ dicit tempus eternū. qā rō t̄pis i diuina dispositiōe eterna ē. Baruc. 3^o. Preparauit terrā in tpe eterno p̄missio ne. f^o quē modū dicit pactū eternum in quo est spōsio boni eterni 2^o. 2^o. Reg. dicit dauid. nec tāta est dom⁹ mea apud deum ut pactū eternum iniret meū firmum in oīb⁹ t̄c. Ductione et f^o hoc sacramētū circuncisiōis p̄ statu suo ducebat in fedus eternū. Un̄ Sen. 17^o. Erit pactū meum in carne v̄ra in fed⁹ etnū glo. quoniā ad eter nitatē ducit. Ite methaphorice dīc̄ eter nū triplr̄ stabilitate. ps. Qui cōfidūt i dño sicut mons syon non cō. ineter. q̄ hi. in ie. Diuturnitate et sic qd̄ ē diurne p̄manē tie dīc̄ etnū. 33^o. Deut. d̄ pomis colliū eterno rum. Inuiolabilitate et sic illud qd̄ nō ē fas violare dicit eternū. Exo. 22^o. Custodi x̄bam istū legitimū tibi et filiis tuis vsq; in eternū. Per hāc distinctionē patz re sponso ad p̄mū: qā sabbatū dicit pactū sempiternū figuratiōe: qā sc̄ figurabat eternā quietē ut dictū est. vñ ad determi nationē subdit qd̄ signū est p̄petuū. Ad secundū hō qd̄ obiicit q̄ si signū p̄petuum est p̄petuo erit obseruādū. R^o ē qā sabbatum dicit signum p̄petuū. ul̄ rōne p̄petui signi qd̄ est q̄es eterna: uel rōne p̄petui signi qd̄ ē duobus modis. Est enī signum in facto et signū in x̄bo: signū in x̄bo ē ad auditū: in facto ad aspectū. Ite signum in ope: signū in lectione. vñ ḡ q̄ sabbatū p̄petuū signū ē nō in obseruātia opis: sed rōne x̄bi seu lectionis. Un̄ Aug⁹ cōtra fau stum vacationē iam supuacuā ducim⁹ ad obfuādū ex quo reuelata est spes n̄re q̄etis eterne nō tm̄ ad legendū. Ad tertū qd̄ obiicit q̄ dicit legitimū sempiternū. vñ q̄ sempiternū accipit methaphorice p̄ inuolabili. Legittimū ḡ sempiternū dīc̄ iuiola bile mādatū qd̄ nō licebat p̄termitti tpe legis. Ad q̄rtū dīcēdū q̄ signi utilitas

manet. Nō d̄ tñ s̄m̄ Jero. sup illō ad Gal.
3°. Ex opibus legis sp̄m̄ accepistis an ex au-
ditu fidei bip̄ta sūt opa legis. Nā prim̄
in sacramētis: p̄t̄m̄ i moribus accipiuntur
Ad sacramēta p̄t̄nēt circūcisio. sabbatum
neemenie. sacrificia hui⁹ obf̄uatiē. Ad mo-
res aut̄ nō occides: nō mechaberis. Sc̄dm̄
hoc ḡ dicēdū q̄ i moribus utilitas est i cu-
stodiēdo. In sacramētis t̄o utilitas est
in itelligēdo: q̄a sicut dicit Jero°. si nō in-
telligant̄ ḡ si obf̄uēt̄. in illis sola fuitus
est qualis erat in p̄plo iudeorū: quo ad ru-
des. si t̄o obf̄uēt̄ ḡ intelligāt̄. p̄sūt si t̄pi
ḡgruūt sicut a moyse ḡ p̄p̄bis obseruata
sūt. Si t̄o itelligāt̄ ḡ nō obf̄uāt̄. sicut p̄
sunt si t̄pi nō ḡgruūt: t̄ tūc utilitas illoꝝ
est i cōreplatiōe nō i executiōe. nō ḡgruit
aut̄ obf̄uantia t̄pi gratie. q̄a cū cā p̄missio
enī x̄pi instituta sunt si f̄uarent̄ viderēt̄
adhuc p̄mittere. Cessare ḡ debēt sicut dicit
beat⁹ Aug⁹ q̄tū ad obf̄uatiā ut appareāt
signa iā futuri. x̄pi fuisse. utilitas t̄o cōtē-
platiōis semp̄ eadē ē. Ad q̄ntū dicēdū
q̄ p̄ceptū de sabbato ita frequēt̄ in lege
diuina iteratū est: hoc nō ē rōne lr̄alis ob-
seruatiē mādati. sed rōne cē mandati. Cā
aut̄ sabbati sic dicit Jo. d̄m̄ fuit vacatio
que est ad deū: ut ille carnalis p̄plus ḡ ter-
renis cupiditatib⁹ implicatus: p̄riculā vi-
te tribuēt̄ vacationi ḡ venerationi d̄ne.
Quia t̄o ille p̄plus dure ceruicis difficilli-
mus erat ut abstraheret̄ a terrenis ḡ con-
uerteret̄ ad celestia ḡ diuina. Inde ē q̄ def̄-
m̄iata dies vacatiōis. s. septima repetebat̄
eis frequēt̄ in iustitiōe: ḡ trāsgressiō puni-
ebat̄ cū magna districtiōe ḡ seueritate.
Sp̄uali t̄o p̄plo t̄pe gratie totū tēp⁹ vite
indiciē venerationi d̄ne. ḡ iō determinatio
t̄pis vacatiōis ḡ venerationis d̄ne ut sab-
batum euacuari debuit t̄pe gr̄e. festiui t̄o
dies ut vnica a xp̄ianis seruāf̄ sicut d̄m̄
est sup̄ q̄one de p̄cepto sabbati. alia rōne.
Ad aliud dicēdū q̄ obf̄uatiā sabbati
lr̄alem retractant̄ saluator s̄m̄ quod dicit
Aug⁹ i questiōib⁹ noui ḡ vet. test̄i. Salua-
tor sabbatis opans. Job. 9°. ḡ infirmos sab-
batis lectū portare precipiēs. Jo. 5°. Sc̄dm̄
sensū iudeorū sabbatū soluebat̄. q̄a iā sab-
bati temp⁹ cessabat̄. Ad aliud dicendū
q̄ obf̄uatiō imūdicarū q̄tū ad tactum
retractata est a x̄po: q̄n̄ tetigit leprosum.
Mat̄h. 8°. ḡ q̄n̄ tetigit mortuū. Mat̄h. 9°.

Obf̄uatiā t̄o imūdicarū q̄tū ad gustū re-
tractata ē. Mat̄h. 15. q̄n̄ dixit nō q̄d̄ itrat
os coingnat̄ boīe; t̄c. Itē obf̄uatiā sa-
crificiorū retractata est a x̄po. Mat̄h. 9°. cū
dixit misericordiā volo ḡ nō sacrificium. ḡ
Job. 4°. venit hora ḡ nūc est. Q̄n̄ veri ad
oratores adorabūt in sp̄u ḡ f̄itate ḡ ibidē
Uenit hora qua neq̄ ierosolimis adorabit̄
patrē in quo retractat ritū cerimoniarum
cult⁹ tēpli. Itē retractatio. circūcisiois
est in institutiōe baptismi. ḡ p̄mo quo ad
necessitatē Job. 3°. nisi quis renat⁹ fuerit
ex aqua ḡ sp̄u sc̄o non intrabit in regnum
celorū. Sc̄do q̄ ad utilitatē. Marc. 16°.
Qui crediderit ḡ baptizatus fuerit salu⁹
erit. Ad vltimū q̄d̄ querit̄ de obf̄uatiā
pasce ḡ pentecostes. d̄ q̄ non obseruatur
ea rōne qua seruabāt̄ in lege. In lege enī
seruabāt̄ i figurā futuri. nūc t̄o seruatur
in rememoratiōe ḡ rep̄nitiōe p̄teriti.
pasce i memoriā d̄nice resurrectiōis. p̄te
costes i memoriā sp̄us sc̄i missionis.

Cōsequēt̄ queritur vtrū
obseruantia le-
galium fuerit idifferēs t̄pe gratie B ē q̄rē
de tēpe cessationis legalium. Ad q̄d̄ obiciēf̄
Ro. 7°. Si mortuus fuerit vir uxoris libe-
rata est a lege viri. ḡ itendit̄ a plus oīdē
illud exemplū q̄ tēpe gratie sum⁹ liberi
a tentiōe legis q̄tū ad legalia. Ex quo ar-
guif̄: si obf̄uatiā legalium ante legislatiōē
erat idifferēs. s. postq̄ data est lex facta ē
debita. Ergo soluto legis debito erit idif-
ferens. ḡ possūt legalia sicut circūcisio ḡ
cetera obseruari sine pctō t̄pe gr̄e. Itē
Paulus p̄ passionē x̄pi ḡ etiā ascētionem
obseruauit circūcisionē. iō. Act. assumens
thimotheū circūcidit eum p̄p̄ iudeos: q̄n̄
erāt i illis locis. sed cōstat q̄ nō circūcidif̄
set si illicitū esset. Itē dicit Aug⁹ i q̄o-
nibus noui ḡ vet. test̄i. q̄ circūcidēdo th̄i-
motheū: maluit rē sup̄flua facē q̄ infirmis
credētib⁹ sc̄adalo eē. Ergo circūcidere p̄
ascensionē d̄ni idifferēs est: nec est cōtra
veritatē vite: cū p̄pter sc̄adalu vitādum
nō sit cōtra veritatē vite aliqd̄ faciendū.
Itē Act. 15°. cōnitiur q̄d̄ idē paulus p̄
ritū nazareorū in thencris caput toronde-
rat. Itē Act. 21°. i ierlm̄ cōsilio Jacobi pu-
rificatus s̄m̄ legē ḡ templū intravit ḡ ho-
stiam obtulit. Ex quib⁹ reliq̄ q̄ obf̄uatiā
legalium idifferens ē t̄pe gratie. Cōtra

ad Gal. 4. dicit apłs cū cognouerit deū
quō ouertimini: iterū ad infima ⁊ egena
elementa quib⁹ denuo fuisse uultis. glosa
Jero. iō hoc dicit: q̄ legis obſuātia cui ō
diti tūc erāt. erat peccatū pene par fuitu
ri idoloꝝ cui āte couerſionē ſeruiert. de
nuo autē dicit ut oſtendat q̄ nō diſtat mō
lex p⁹ xpm ab antiqua idolatria. Item
ad Gal. 2. cum petrus ueniſſet antiochia
in facie ei reſtiti q̄a reprehēſibilis erat:
pius enī q̄i uenirēt quidā a iacobo cum
gentibus edebat. cum autē ueniſſent ſub
trahēbat ſe ab illis timens eos qui erant
ex circūciſione. q̄ reprehēſibilis erat petr⁹
ex diſcretionē ciboꝝ ſc̄o legem ciboꝝ quā
fecit uenientibus indeis. ſed nō ē reprehē
ſibilitas niſi ex culpa. culpa igitur erat pe
tro diſcernere ciboſ ſc̄o legē. Itē ibidē
dicit cū uidiſſem petr⁹ non recte ambulātē
ad ueritatē euāgelii dixi ei corā omnibus
ſi tu iudeus cum ſis gentilitate uinis ⁊ nō
iudaice quō cogis gētes iudaiſare. Ergo
contrā ueritatē euāgelii eſt iudaiſatio: hoc
ē obſeruātia legalium p⁹ paſſionē xpi. Itē
ad Gal. 5. Si circūcidimini xps nihil p
derit uobis. ſi dicat ſc̄o q̄ dicit Aug⁹ in
epla ad Jeronimū q̄ petrus nō errauit in
eo q̄ eos q̄ ex iudeis crediderūt putauerit
legē eſſe ſeruandā: ſed ī eo a recta linea ō
uiauit q̄ gentes coegerit iudaiſare nō do
centis impio: ſc̄o cōuerſationis exemplo. vñ
ſc̄o hoc his qui erāt de iudeis erāt in diſfe
rentia legalia. hiſ x̄o qui erant ex gentib⁹
erant noxia. Et ideo paulus circūcidit thi
motheū qui erat de matre iudea. Act. 16.
non circūcidit autē titū qui erat d̄ gētili
Gal. 2. ſc̄o hoc etiā ē petrus iuſte rephēſ⁹
quā dabat exemplum credentibus de gen
tibus iudaiſādī. Contra obiicit Jero⁹ mul
tipliciter in epla ad aug. p̄ ſic. ſi p⁹ euāge
lium bene facit qui legalia ſernat ī cheritī
⁊ ehyōis heresim dilabimur: qui ppter h
ſolū a patribus anathematizati ſunt quia
legis ceremonias xpi euāgelio miſcuerūt.
Item idem Jeronim⁹ dicit ceremonias
non eſſe p̄nicioſas his qui eas uolint ſicut
a parentib⁹ acceperint cuſtodire. Ego autē
cōtrario p̄nicio oib⁹ eſſe mortiferas ſc̄o
ex iudeis: ſeu ex gentibus. ſinis xps ad in
ficiam oī credenti ad Ro. 10. Itē idem
Jero⁹. 3. cre. 21. Cōſūmabo teſtamētū nouū
ſup uenū iſrl nō diē pplo gētilū ſc̄o iudeis

nt non in ueritate ſrē ſerniant ſed in no
uitate ſpūs ad Ro. 7. Itē oib⁹ dī Mat.
xi. Lex ⁊ p̄bere uſq; ad ichānē. q̄ uenien
te xpo obſeruātia legalium retractaf. Itē
ſi legalia ſalutē nō afferūt p⁹ paſſionē xpi
cur obſeruātur ſi autē obſuāda ſūt utiq; ſc̄o
ſaltē afferūt: nō enī obſuarēt niſi afferret
ſalutē: neq; in diſſerētia ſūt inter bonū ⁊
malū ſicut p̄bi diſputat: bonū eſt cōtinētia
malū eſt luxuria: ſunt utrūq; indifferens
ambulare ⁊ digerere. obſeruare autē cerio
nias nō pōt eſſe indifferēs ſed aut malum
eſt aut bonū: tu dicis bonū ego aſſero ma
lū non ſolū hiſ q̄ ex gentib⁹ ſed etiā hiſ q̄
ex populo iudaico crediderūt. Itē idem
iero⁹. O beate paulē qui in petro reprehē
diſ ſimulationē quare ſe ſubtraxiſſet a gē
tibus ppter metū iudeoꝝ. cur thimotheū
contra ſn̄iaz tuā circūcidere cogeriſ. Unde
hiſ mihi ppter iudeos qui in illis loquerāt
qui igitur tibi ignoſcis in circūciſione di
ſcipuli uenientis ex gētibus ignoſce ⁊ pe
tro p̄deceſſori tuo q̄ aliq̄ fecerit ppter metū
fidelium iudeoꝝ. Itē idē Jero. didicim⁹ q̄
ppter metū iudeoꝝ petrus Gal. 2. ⁊ pau
lus Act. 16. ⁊ 21. equaliter ſeruarūt legis
precepta ſernare. quā igit̄ frōte qua auda
cia poteſt id paulus in altero reprehēdē
q̄ ip̄e cōmiſit. Itē idē Jero⁹ diē Augu
ſtine paulus ſilauit ſe iudeū: ut illos incri
faceret. cur nō etiā ſacrificauit cū gētib⁹
quia et hiſ qui ſine lege t̄n̄ ſine lege eēt
fact⁹ eſt: ut eos quoq; crucifaceret: niſi q̄
id fecit ut nō iudeus bene defendis pau
lum non q̄ ſimulauerit errorem iudeoꝝ.
ſed q̄ fuerit uere in errore noua clemētia
apłi: dū iudeos xpianos uult facē ip̄e iude
us factus eſt. Non enī poterat luxurioſos
ad frugalitatem reducē niſi ſe luxurioſū
pbaſſet q̄ eſt incōueniēs. Si x̄o dicat
ſicut dicit iero⁹ ſup illud ad Gal. 5. Si cir
cūcidimī xps uobis nihil p̄derit: q̄ legalia
poſt xpi paſſionē ſūt mortifera niſi diſpē
ſatione cuſtodiat. ⁊ utrūq; ⁊ petr⁹ ⁊ pau
lus ſentit legē nō eſſe tenendā ⁊ q̄a in oī
gente quicunq; timet deū ⁊ opaf iuſticiā
acceptus eſt illi Act. 10. utrūq; x̄o cauta ſi
milatione diſpenſat: petrus ſubtractionē;
paulus reprehēſionē ad Gal. 2. paulus in
petro hoc reprehēdere non potuit q̄ ip̄e
fecit: nec arguere ſimulationē cui⁹ ⁊ ip̄e
reus erat. fuit q̄ reprehēſio nō uera ſc̄o
ff 6

dispensatoria. Contra obiicit Aug^o i epla ad Jero. si ira est q petrus nō fuit reprehensibilis nec pauli reprehensio veramentibus ē paulus. Si enī hoc fecit petrus qd facē debuit mētur paulus: qui dicit q euz viderit nō recte ambulātē ad veritatē euāgelii. Quisq; enī facit qd facere debet recte utiq; facit: et ideo de illo falsū dīc qui dicit nō rectum fecisse qd nouit eū facere debuisse. Si aut verū scripsit paulus verū est petrum non recte ambulasse ad euāgelii veritatem. Item dicit Aug^o. Si ad scripturas sanctas admissa fuerit officiosa mendacia qd in eis remanebit auctoritas. Cū enī cōtra sensum lectoris aliqd occurrerit officiosū mēdaciū reputabit: sed illud sequit si dicat petrus nō vere reprehensibilis fuisse eū paulus scribat ipsū nō recte ābulasse et q; restitit ei qd reprehensibilis erat. Itē idē ad eundē q; obiicit non esse medium inter bonū et malū: et q; legis ceremonias obseruare nō potest: esse indifferens: cur non vicam pcepta illa veteruz sacramētoz nec bona. qd non eis iustificamur. vmbre enī sūt pñciantes gratiam q̄ iustificamur. nec tamē mala qd diuinitus pcepta sūt ipibus psonisq; cōgruentia euz me adiunet pphetica sententia qua dicit de se illi populo dedisse pcepta nō bona non dicit mala ut monstret indifferentia

Itē idem ad eundem qd obiicit q; lex et pphete vsq; ad iohāne zc. lxi. nō probat qd dicit. Nō enī arbitror ipsū dñm fallaciter a parentib^o circūcisū Luc. 2. nec eum dixisse fallaciter leproso Matb. 8. Uade et ostende te sacerdotib^o: et offer p te sacrificiū. Ergo sicut veraciter fuit xps circūcisus et veraciter ex pcepto dñi obtulit leprosus sacrificiū legis vere fuerūt legalia obseruata ab aplis. Itē idem ad eundem sicut libera voce pñcias ceremonias mortiferas tam his qui ex iudeis q; his qui ex gentib^o: ita p tēpe hoc vocē tuā cōno affirmo et addo. quicūq; eas seruauerit nō solū veraciter sed etiā silate euz in baratrum diaboli deuolutū. sed sic silationē aplozū ab hui^o tēpis rōe secernis: ita ego pauli veracem cōuersationē ab hui^o tēpis q̄ quis nō simulata ceremoniarū obseruatione secerno: cū tūc fuit approbāda nūc detestāda

Itē idem ad eundē. Sacramēta indeoz nō sic fuerūt ab obseruantia auferēda ut

tanq; detestāda et similia idolatrie viderentur. sed si a cōsuetudine iudeozū quib^o auctoritate diuina erat imposita statū p passionē sicut mortifera tollerent viderent fuisse detestāda et damnāda. Non igit statim auferri debuerūt a cōsuetudine iudeozū: qd videtur exisse ex cōsilio aploz in verbis bti iacobi ad paulū Act. 21.

Itē idem ad eundem. Sarcor in hoc q; epla mea cōtinet videlicet sacramēta iudeozū a paulo suscepta ut doceret ea nō esse pñciosa his qui sicut a parentibus acceperant p legē vellent ea custodire min^o me posuit se illo dūtaxat tpe quo primū fidei grā reuelata est: tūc enī hoc nō erat eis pñciosū progressu tō tēpis ab oibus xpianis ille obseruationes deferent. Itē idē ad eundē si tunc deserēt nō discerneret q; domin^o pplo suo p moysen pcepit ab eo q; i tēplis demonioz. spirit^o imūdas instituit: qd est maximū incoueniens. Reliquit igit q; nō erat continuo: sed paulatim manifestata p dicatione gratie deserēda. Itē idē ad eundē ait aplos ad Gal. 5. Si circūcidimini xps vobis nō pderit. recepit q; thimotheū et fecit nihil sibi p fuisse xpm. an qd b fallaciter factū est ideo nō obfuit: cū ipse hoc posuit nec etiam veraciter sed simpliciter dixit. si circūcidimini zc. Si q; nō ē ibi sub intelligendū. si circūcidimini fallaciter. q; nec dicendū erit paulū fallaciter circūcisū esse thimotheū: uel aplos legalia fuisse

Item idē ad eundē cū venisset fides q̄ illis obseruationib^o pñciata ē: et p^o mortē et resurrectionē dñi reuelata: obseruantie ille tanq; vitā sui officii amiserūt. Sicut q; defūta corpa amicoz deducēda erāt cum honore ad sepulturā: nec simulate. s; religiose. Nō aut continuo deserēda. pīde tō qd quis xpianozū seu ex iudeis nuptias voluerit celebrare tāq; sopitos cinēs erūēs nō erit pius deducētor uel baiulus corpis: sed ipius sepulture violator. Itē idē ad eundem qd obiicit q; paulus in petro reprehēdere nō potuit q; ipse fecit. Credo paulum non ita egisse qm thimotheum circūcidit Act. 16. uel chentris votū p soluit. Act. 18. uel ierolimis a iacobo monit^o legalia illa suscepit Act. 21. ut putare vidēt p illa legalia saltē vari: s; ne illa que in vmbis futurorū deus fieri iusserat tanq; idolatriā gentiū damnare videret hoc enim est q;

illi Jacobus ait Act. 21. Uides inquit frat
quot milia sunt in iudea. Itē idē ad
eundē in alia epla. si obiicias paulū aliqñ
simulatōez fecisse qa dicit fact⁹ sū iudeis
tanq̄ iudeus nō a me docendus es: quomō
intelligat: factus ē enī tanq̄ iudeus com
passione misericordie nō simulatiōe falla
cie: sit enī tanq̄ egrotus qui mīstrat egro
to: nō cum febres se habē mentis: sed cum
aīo cōdolentis cogitat q̄admodū sibi fui
ri uellet si ipse egrotaret. Ex his igit rēli
quit Aug⁹ legalia p tpe in quo pmo fidei
gratia reuelata est in differentia illis q̄ ex
iudeis dūmō nō cōstiterēt in eis spem sa
lutis ⁊ uera legalia ab apls fuisse suata
⁊ petrū sō reprehensibile: ⁊ paulū sō nō re
phēdēdū. R⁹ dō q̄ ad diuersa respiciē
tes circa istū articulū aliqñ diuersa sensis
se nō tamē cōtraria cū dicat Jero⁹ in epla
ad Aug. Nō multū interest inter meam ⁊
tuam sntiam: qa ego dico ⁊ petrū ⁊ paulū
timore fidelū iudeoz legē exercuisse imo
simulasse mādata. tu autē asseris eos hoc fe
cisse clemēter nō mētientis actu: s̄ cōpari
entis affectu. Dicēdū igit q̄ beatus Jero⁹
ponderās uerba dñi Math. xi. Lex ⁊ pro
phete vsq̄ ad iobānē inclusiue. hoc ē mini
sterio iobānis cōpleto intelligit legalia re
tractata. ⁊ iō p⁹ passiōē xpī oībus inter
dicta seu in eis ponat spes salutis seu nō.

Prefea sicut ipsemet dicit i epla ad Aug
Propter metū iudeozū petrus ⁊ paul⁹ eā
liter sinxerūt legis pcepta equaliter suari
qua ergo fronte paulus reprehēdat in alio
q̄ ipse cōmisit. q̄ imo alii exposuerūt cām
quā putauerūt nō officiosū mēdaciū defē
dentes sicut tu scribis: sed docentes hone
stam dispēsationē: ut ⁊ aplozū prudētiā
demonstrarēt: ⁊ blasphemantes porphiriū
prudētiā cohercerēt: qui paulū dixit exar
sisse i inuidiā uirtutū petri: ⁊ petrum et
paulū iter se puerili pugnasse certamē.
Aug⁹ sō respiciēs ad cōsiliū aplozū ⁊ ad
uerba iacobi Act. 15. ⁊ 21. in quib⁹ uidet
ab apls cōcessū fidelib⁹ qui de iudeis erāt
legalia obsuari: nō tamē his qui de gētib⁹
imponēda: ne fide scandalizarent distin
guit tpa. psonas. affectū. Tempora duo pi
mū cū cepit gratia fidei reuelari ⁊ cum
reuelata est. Itē psonas fidelū duplicif

qui s̄ iudeis: ⁊ q̄ de gentib⁹. Item affectū
illius qui in legalib⁹ cōstituit spē salutis: ⁊
illius q̄ non cōstituit spē salutis sed seruat
illa ex cā: uel ppter uitandū scandalū xpi
mi uel qa iustitua auctoritate dei. Scdm
hoc q̄ dicit Aug⁹ in epla ad Jero. q̄ cum
dicit apls ad Gal. 5. Si circūcidimini xp̄s
uob⁹ nihil pderit: illos arguit q̄ se iustifica
ri in lege credebāt: nō qui legitima illa in
eius honore a quo mādata sūt obsuabāt
que gratie reuelatione lat⁹ inotescēte ne
cesse fuerat aboleri. nō tamē ideo fuerant
tanq̄ diabolica gētium fugiēda sacrificia
etiā cū ipsa gratia iā inceperat reuelari: que
umbis talibus fuerat p̄nūciata: sed p̄mit
tenda paululū eis: maxime qui ex illo pplō
cum data sunt uenerant. postea sō tanq̄
cū honore sepulta sunt a xpianis omnibus
irreparabiliter deserēda. Ad ea sō in qui
bus uidentur dissentire: qa q̄ unus dicit
malū. alius dicit nō malū. nō ē cōtrarietas
qa iste dicit malū: quia interdictū ⁊ p̄hibi
tum. ille sō nō malū: quia q̄tū est de se nō
est malū nec bonū. Itē ad illud in quo
uident cōtradicere: qa iste dicit seruāda
ille dicit nō seruāda. dō q̄ iste dicit non
suanda: qa p̄hibita ⁊ interdita a xp̄o. ille
uero adhuc seruāda ppter utilitatē uel
scandalū uitandū p tpe: in quo nō erāt in
terdicta. nō enī dicit interdita legalia: nisi
post gratiā fidei reuelatā. unde illud lex ⁊
p̄phete vsq̄ ad iobānē cōstēdit legalia eē
mortua: hoc est salutī nō necessaria: nō tñ
mortifera quousq̄ reuelata gratia sunt pe
nitens interdita ab aplo ad Gal. 5. Si cir
cūcidimini xp̄s uobis nihil pderit. Prefea
Ad aliud in quo sibi uident cōtradicere
de simulatione dō q̄ unus ponit simlatōez
prudētie sc̄ Jero⁹. alius sō negat simula
tionē fallacie: ⁊ ita nō sibi cōtradīcunt. Di
camus igit ad solutionē primo obicctorū:
scdm q̄ dicit bugo de scō vic. in libro d̄ sa
cramētis iuxta Aug. uident tria quedam
tpa distinguēda. primū ante baptisimū qñ
circūcisio sola statū habuit sine baptisimo
Notissime nūc p circūcisionē solus bapris
mus statū habet sine circūcisione. fuit autē
mediū temp⁹ qñ circūcisio ⁊ baprisim⁹ si
cucurreēt. circūcisio ut finiret baprisimus
ut cōfirmaref. oportuit. n. ut illa q̄ finiēda

erāt non subito sed paulatim dimitterentur ut ostenderentur bona fuisse tpe suo: similiter que incipienda erāt non subito in auctoritatē sumerēt: ne pter rez aliūde inducta potarentur. illa igit dimissa sūt non proiecta. ista instituta sūt nō usurpata.

Dicēd igit ad primo obiectū scdm hug de sancto vict. q^o f^o q^o fuit baptism^o cum circumcissione in medio tempore ab inchoatione sua vsq; ad passionē. ita fuit circumcissio cum baptismo post passionē xpi vsq; ad tempus illud quo circumcissio ceperat p biberi. vnde hoc tps mediū p̄tū ē ante passionē et post passionem. Ante passionē aliquāto tpe noua sacramēta inchoata sūt ad consuetudinē et vetera aliquandū tolerata scdm dispensationē. Postq; autē dictū ē. Si circumcidim^{us} xps nihil proderit vobis q̄si in tertio tpe: iam ipsa circumcissio nō poterat ad salutē p̄cipi. sicut p̄tū p^o q̄ dictū fuisse masculus cuius prepucii caro circumcisa nō fuerit p̄bit de pplo suo. Sen. 17. nō potuit circumcissio ab his qb^o iniūcta fuerat sine piculo salutis contemni. Ad illud x^o qd obiectū multipliciter de obseruantia legaliū a paulo. dicendū f^o hug. q^o quēadmodū in principio baptismus a Johanne scdm solam sacramentum dabatur (Mat. 3). Ego baptizo in aqua ut hi qui baptizandi vsam non nouerāt erudirent. sic in nouissimo a quibusdā fidelibus circumcissio dispensatorie f^o solū sacramentū suscipiebatur: ne hi qui circumcidi consueuerant scandalizarent. similiter et de aliis obiectis legaliū est intelligēdū. Ad obiecta partis alteri^o patet sufficienter responsio ex predictis fm diuersas considerationes Zoro. et Aug. ita terminatur pars ista in q̄ inquisitū est inquisitione generali et sp̄ali de lege et preceptis moysi.

Consequēs est

iuocata spirit^u sc̄i gratia inquire de lege et preceptis euangelii cuius inquisitionis erit talis modus ut primo queramus in generali d̄ latitōe et conditionibus legis euangelii. Deinde x^o in speciali de preceptis et cōsiliis euangelii Inquirentes autē in generali ad pleniorē et p̄fectiorē intelligentiā altius p̄seru-

tantes querem^{us}. Primo an vna sola sit lex data vel indita rationali creature. Secundo an p̄ter legē inditā sit ponere legem scriptā. Tertio an sint due leges tm. lex nature. et lex moysi ita q^o nō regraf lex euangelii. Quarto an lex euangelii eadem sit cū lege naturali ul indifferentes. Quinto an eadē sit lex euangelii cum lege moysi. Sexto de differentia legis moysi et euangelii. Septio de continētia euangelii in lege moysi. Octauo de additiōe euangelii ad legē moysi. Nono de impletione legis per euangelium.

Queritur igitur an

vna sola lex sit data vel indita rōnali creature. Ad quod sic arguit. Una ē veritas de creatore. et ideo necesse ē vnā fidē esse solū. hoc est verā credulitatez de ipso: simili mō vna est magnificētia et maiestas creatoris sub qua legaliter d̄ subiecti creatura rōnalis. vna igitur erit lex solū obediētie et subiectiōis s̄ creatori creature rationalis. Similiter vna est latritia conditoris: q̄a latritia est sūme veneratiōis obsequiū. Q̄ aut p̄ supabundantiā dicit vni soli cōuenit. si ergo vna est solū latritia conditoris: vna sola lex erit d̄ cultu et latritia creatoris. Itē vnitas est ex pte p̄cipii creature rationalis quia vn^o est creator: sicut vnitas est finis rōnalis creature: q̄a vnica est beatitudo in creatore que ē finis rōnalis creature. Si igit lex est data vel indita rōnali creature ut ordinē sub suo p̄ceptio ad suū finem vna lex erit. Itē lex non ē aliud nisi descriptio debiti quo ad vitandum malū et faciendū bonū. Si igit rō vitandi malū et faciendū bonū: vna est videlicet auersio a cōmutabili bono et cōuersio ad bonū icōmutabile vna sola lex erit. Itē sicut dicit beatus Aug^o. Unitas fidelium et electoz est velud vnitas ciuitatis. Ciuitas enim est multitudo hominū i quoddā vinculū redacta cōcordie: sicut dicit Aug^o ad marcelinū. vnitas aut cōcordie huius nō pōt esse nisi sub eodē iure et lege p̄maneat necesse est igitur vnā esse legē. Item earundē virtutū impossibile est esse diuersas regulas et mādata: cū vni^o etatū non sit nisi vna regula et vnū quo eius

operatio precipitur sicut vnius viti vna est regula qua est declinandum et eius opa prohibetur. si ergo lex veri nois est descriptio regularu virtutis et perfecta aggregatio mandatoru; impossibile erit diuersas esse leges nisi dicerent tot leges quot sunt precepta et virtutes quod nullus dicit. Contra, supponamus quod alibi probatum est. s. donu nature non esse sufficiens ad salutem sine dono gratie. Cum ergo sit differens specie natura et gratia. Ergo et ordo nature et ordo gratie est debitum nature; et debitum gratie. Si ergo nihil aliud est lex quam descriptio debiti ordinis, necessario duplex erit lex, scilicet lex nature et lex gratie differens. Item sunt virtutes naturales; et sunt virtutes addite. si ergo multiplicat lex secundum differentiam virtutis et hoc secundum primam intentionem, et si non secundum consequentem erit lex naturalis et lex addita rationali creature. Lex naturalis sicut indita, lex alia sicut supaddita. Item apud ad Ro. 2. loquitur de vtraque lege, scilicet indita et supaddita: dicens. Cum gentes que legem non habent scilicet supadditam naturaliter ea que legis sunt faciunt ipsi sibi sunt lex. Item lex supaddita multiplicat: quia est lex moysi; et lex euangelii. non est igitur vna sola lex. Quod concedendum est. vnde igitur iuxta apostolum quod est differentia legis, prima vna que est indita et hec est lex naturalis. Alia secunda est supaddita; et hec multiplicat sicut iam dicitur. Ad primum ergo quod obiicitur quod vna est maiestas et magnificentia conditoris, concedendum est tamen debitum subiectionis ex parte creature rationali multiplicat. cum enim recipit a deo naturam efficitur conscientia debiti naturalis in ordine subiectionis sub deo, et hoc habitu et si non actu, et ideo habet inditam legem naturalem vnde dicitur glo. sup illud ad Ro. 2. ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Lex naturalis est qua quisque sibi conscientis est quid bonum quid malum naturaliter. Item cum recipit gratiam efficitur conscientia debiti gratuiti in ordine subiectionis sub deo. Lex autem que imprimit conscientiam debiti ordinis gratuiti est lex gratie, propterea erit lex gratie. propter has etiam addit lex discipline que multiplicat ut iam dicitur. Ad secundum quod obiicitur: quod vna est latria et debitum venerationis: concedendum est tamen affectus ve-

nerationis diuersificatur. Lex autem est ad ordinandum affectum creature rationalis, et ideo non sequitur quod sit lex vna venerationis.

Ad tertium dicendum quod quis sit vnitatis principii et finis, tamen debitum in rationali creatura multiplicat. Est enim debitum quod debet suo principio ratione boni inditi, et est debitum quod debet ratione boni supadditi vel supadditi; et ideo variat lex ut sit lex naturalis indita et lex supaddita. Item est debitum quod debet diuine bonitati in quantum est benefica: ad quod respicit lex naturalis, et est debitum quod debet bonitati in quantum est bona scilicet in se: et ad hoc respicit lex ultimo superaddita completa, scilicet lex gratie. Ad quartum dicens quod quis sit eadem ratio in generaliter vitandi malum et faciendi bonum: tamen ratio propria diuersificat: quia malum vitat: aut quia contra dictamen rationis: aut quia contra honorificentiam conditoris. Similiter bonum fit quia consonum rationi: aut quia consonum diuine voluntati. Et ideo diuersificabit lex que est ratio vitandi malum et faciendi bonum in lege nature et legem gratie. Ad quintum patet responsio: quia sicut differt natura et gratia: ita et concordia nature et concordia gratie et ius nature et ius gratie. Ad vltimum etiam patet responsio, nam sicut est differentia virtutum naturalium et gratuitarum: ita erit differentia descriptiois regularum virtutum quarum aggregatio est lex.

Postea queritur vtrum propter legem menti inditam vel additam sit ponere legem scriptam. Ad quod sic. Solaz rerum est fieri et non fieri. Ergo sole res sunt que impant aut prohibent, qui enim imperat currere non verbum impat sed cursu. Si ergo lex est continentia eorum que prohibent et mandant: lex proprie res est non scriptura visibilis: nec sonus audibilis. Item nullo existente sermone: nullo scripto, si sermo vel scriptura esset lex: nulla esset lex. Si ergo lex manet cessante sermone deleta scriptura. Relinquitur quod lex non est descriptio: vel in sermone vel in scriptura. Item quis dubitat quod debitum honorandi deum, timendi deum diligendi deum, subueniendi proximo maneat cessante omni sermone. Cessante omni scriptura. Relinquitur igitur cum lex nihil aliud sit quam

aggregatio eorum que pertinent ad debitum honestatis: qualia sunt que dicta sunt quod lex non est sermo nec scriptura nisi in illa figura et tropo qua nomen ipsius rei signo vel imagini eius impeditur sicut imago petri petrus dicitur: et petrus scribi vel legi dicitur cum nomen eius scribitur vel legitur. Item quod est lex non nomen nisi ars quedam aut sapientia recte honesteque vivendi. omnis autem ars et sapientia in anima est. lex igitur nature omnis est propter sermonem et scripturam. Contra. Sunt autem civitates que plene ponunt legem scriptam. De. 8. Scriba eis multiplices leges meas. Item dicit Isidorus quod lex dicta est a legendo. unde dicitur quod vera ratio legis est honestas legibilis descripta regulis et preceptis. si ergo lex honestas legibilis est honestas scripta est. convertuntur enim legibile et scriptum esse. R. dicitur quod proprie omnis lex est presentia in anima nec dicitur esse in scripto vel scriptura: nisi sicut signatum in signo dicitur. vel ea in proprietate qua res signata solet dici signum: nisi diceretur scriptura non quod inscribitur in libro vel alio ad sensum. sed quod describitur apud nostrum intellectum. Non est ad solutionem obiectorum quod lex habet triplicem interpretationem. lex enim dicitur a legendo sicut dicit Isidorus. et dicitur a ligando sicut ponunt communiter. et dicitur ab eligendo ut dicit Augustinus in questionibus novi et veteris testamenti. Secundum hoc ergo intentio legis differenter consideratur. primo scilicet quod a legendo lex dicitur. Lex est legibilis descriptio debite honestatis. quoniam autem descriptio legibilis potest esse interior in mente ad intellectum exterior in scripto ad sensum. Intentio legis extendit secundum hanc considerationem ut dicam legem scriptam: seu interiori seu exteriori sed improprie exteriori. Secundo potest dici a ligando et secundum hoc lex consideratur in triplici comparatione. in comparatione ad impantem et in comparatione ad illud quod impantem: et in comparatione ad illum cui imperatur. Secundum comparationem ad impantem lex dicitur in impante sicut in causa ligante. secundum comparationem ad impantum lex dicitur esse in rebus que impantur aut prohibentur sed hoc sicut in effectu. Secundum comparationem ad illum cui impantur lex dicitur esse in anima illius cui fit im-

perium et hoc per essentiam quia in illo est vinculum seu debitum. Secundum tertiam interpretationem potest dici ab eligendo. lex dicitur ars ipsa qua eligimus debita fieri et respicimus indebita fieri. Et secundum hanc considerationem lex solum in anima est.

Deinde queritur:

cum in precedentibus declaratum sit quod pro lege naturali ferenda erat lex moysi super questione de latitudine legis moysi. utrum sint due leges tantum: lex nature et lex moysi: ita quod non requiratur lex evangelii. Ad quod sic ad Heb. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex moysi dicit apostolus de lege moysi. ergo per legem moysi non est perfecta ordinatio rationalis creature. Si ergo necesse est rationale creaturam perfecte ordinari. non autem perfecte ordinatur per legem naturalem imo necessaria erat lex moysi: sicut aliter ostensum est. nec etiam per legem moysi. sic dicit apostolus. ergo necesse est ut sit lex alia perfecte ordinans: et hec est lex evangelii. Item comprehensio legis moysi non ducit rationalem creaturam nisi in finem timoris dei: sicut dicitur ultimo Ecclesiastes. sine; loquendi omnes pariter audiamus deum time. Si ergo perfectio voluntatis rationalis non est in fine timoris sed in fine amoris divini pro lege moysi que est lex timoris. necessaria erit lex evangelii que est lex amoris. Item in lege sunt precepta ceremonialia que possunt duobus modis accipi. litteraliter. et figurative. Litteraliter accepta manifesta est eorum imperfectio. ut ubi gratia. ceremonie sacrificiorum omnino imperfecte sunt: quia sunt in carne vel materia aliena. ergo latra venerandi dei per sacrificia legis imperfecta est sicut super ostensum est quod de sacrificiis. necessaria igitur est lex sacrificii spiritualis quod offeratur deo de persona propria ut cor contritum etc. que sit lex perfecte latrae et venerandi divine. Item si accipiuntur ceremonialia figurative manifesta est imperfectio: quia tunc accipiuntur ut signa et promissiones. perfectio autem non est in signo nec in promissione boni seu gratie. necessaria igitur erit lex exhibitionis et rei signate. et hec est lex evangelii. Item in lege sunt moralia precepta que etiam sunt imperfecta. unde vocat apostolus ad Ro. 3. legem

moysi legē factorū: vbi dicit glo. q̄ lex p
bibet manū non animū. nō est autē pfectio
legis in prohibitione actus. Relinquitur
igit q̄ necessaria est lex in qua p̄bicitur
affectus malus. Itē nō est pfectio obedi
entiae vel legis i obseruātia eorum que sūt
de necessitate salutis: sed in his est pfectio
obediētie et legis que sūt voluntatis et sup
erogationis. Lex igit que est solū p̄ceptoꝝ
nō ē lex pfecta qualiter est lex moysi. Req
ritur igit p̄ter hanc lex pfecta que nō solū
sit mādatoꝝ sed etiā cōsilio: ū qualis ē lex
euangelii. Item non est pfecta lex salutis
que ordinat p̄sonas p̄ticulariter: s̄ que re
spicit oēs vniuersaliter. si ergo lex moysi
scdm suam itegritatem respicit personas
particulariter vt iudeos. q̄ non est pfecta
nec in ipsa erit status. Cum q̄ dīna pie
tas velit omnes saluos fieri: ab ipsa erit
lex que respiciet oēs vniuersaliter ut saluē
tur. et hec est lex euangelii. Math. vlt. p̄ce
dicare euangelii omni creature. Contra
p̄fectio est obedire i indifferentibus q̄
in necessariis. si q̄ lex moysi habet p̄cepta
rerum indifferentium ut cerimonialiū. h̄
etiam p̄cepta rerum necessariarum ut mo
ralium. lex moysi est lex pfecte obediētie.
ergo p̄ter illā non requiritur lex euange
lii: maxime cum illa que opponuntur euan
gelio non sint indifferentia. Quia sunt d̄
his que scdm rationē sunt approprianda
et eligenda: nullo interueniente p̄cepto v̄
cōsilio. Itē supflūū est facē p̄plura q̄
potest fieri p̄ vnum. cum q̄ pfecta ordina
tio sit p̄ legem moysi et in necessariis mora
lium et i indifferentibus cerimonialium et
p̄terea in obseruātia mādatoꝝ et in obser
uantia cōsilioꝝ. circa que est votū Leui.
27. et Num. 6. vbi ponunt leges vōnen
tium. Relinquit supflua eē lex alia a lege
moysi. Item. i. ad Thimoth. p̄. finis p̄ce
pti est caritas. Cum q̄ in lege moysi sit p̄
ceptum caritatis pfecte. Deut. 6. Diliges
dominū deum tuum ex toto corde tuo. in
lege ergo ē pfectio finis p̄ceptorum: sed a
p̄fectione finis dicit simpliciter res pfecta
Ergo lex moysi est lex pfecta. q̄ p̄ter ipsam
non erit alia requirēda. Itē in lege pro
hibetur actus: et etiam prohibetur affectus.
cum dicitur. Non concupisces. Exo. 20. et Le.

19. Nō oderis fratrem tuū in corde tuo.
Itē ordinatur affectus et quo ad proximū
et quo ad deum. et quo ad se. quo ad deum
Deut. 6. Diliges dominū deum tuū. et in
eodē: dominū deum tuū timebis. et iz. ama
dominū deum tuū. Quo ad proximū Leui.
19. Non memor eris iniurie ciuū tuorū.
Quo ad se. Deut. 4. Custodi te metipsū et
animam tuam solcite. Lex igit sufficiēter
ordinat hominē q̄tum ad actum: et q̄tum
ad affectum. q̄ ad ordinandū affectus non
requirit euangelium. R̄ dicendum q̄
addita lege moysi ad legem naturalē nō
erat adhuc sufficiēs ordinatio hominis.
In lege enī erat elemētum f̄monis dei ad
ordinandū hominē. In euāgelio h̄o ē sermo
pfectus. v̄ ad Heb. 5. dicit apls Indiget
ut doceamini que sūt elemēta exordiū f̄mo
nis dei. et dicit hugo de scō vic. i. libro de
sacramētis. hec tria distinguūt elemēta.
exordiū. sermo. In elemētis sonus ē sed sen
sus nō est. vnde nec exordiū dicitur: quia
sensus in eis nō incipit. Dictiōes exordia
sensuū sunt: vnde et dictiones dicitur quasi
iam aliquid dicentes. et prime p̄tes oratio
nis: quia principiū orationis ab eis exoritur.
Itē in elemētis sonus est: sed sensus non ē
In exordio sensus est: sed cōpletus non est
In f̄mone sensus ē et pfectus. Uide tria hec
in scriptura dei similia carnē cum sangui
ne nō comedetis. hoc ē elemētū. subiunxit
postea nō occides: hoc ē exordiū. postea cō
pletus etiā irā p̄hibēs hic est f̄mo. Item
dixit carnē porcina nō comedēdam hoc ē
elemētū. Addidit post hoc nō mechaberis
hoc fuit exordiū. nouissime apposuit. si q̄
viderit mulierē x̄. Math. 5. in hoc fuit cō
pletio. p̄cepta igit ad tēpus supaddita ele
mēta fuerūt. p̄cepta decalogi exordia. p̄ce
pta euāgelii f̄mo. Inde ē q̄ lege data dicit
moyses. Suscitadū p̄phetam x̄pm. Deut.
18. Suscitabo p̄phetam de medio fratrum
suorū simile tibi: et ponā verba mea in ore
eius. Loquet q̄ ad eos oīa que ego p̄cepero
tibi. In quo expresse ostendit p̄ p̄phetas
x̄pm legē aliā ferēda que est euāgelium.
Itē in Iere. 31. post illos dies dicit dominus
Dabo legē meā in visceribus eorū et i cor
de eorū scribā illam q̄ nō p̄t intelligi de
lege moysi s̄ de lege x̄pi: quia ibi dicit. Ecce

fidei dicuntur proficere in fide. Secundum quantum modum operantes acti dicuntur proficere in fide. et sic hunc modum patet per ad primo obiectum et in parte ad sequentia. Ad secundum dicitur quod sicut dicit hugo de sancto vic. Duo sunt secundum que fides crescere dicitur. cognitio et affectus. secundum cognitionem fides crescit quando eruditur ad scientiam. secundum affectum quando ad devotionem excitatur et roboratur ad constantiam. quorumdam vero fides affectu magna: cognitione parva. aliorum e converso. Alii vero cognitione et affectu fides habent magna. alii cognitione et affectu parva. affectum magnum in fide magis laudabile esse quam cognitionem magna: dominus manifeste ostendit ubi fidei grano synapsis comparavit. Matthei 13. Quod quantum ad parvum est: non feruore. hinc mulieri chananee parvum scienti: multum confidendi dicitur est. magna est fides tua. Secundum ergo hugo. dicitur est quod si fides fuerit equalis quantum ad affectionem in antiquis et modernis quantum ad aliquos: non tamen quantum ad cognitionem. Ad tertium dicitur quod assentire veritati habet duos respectus. unus est ad veritatem. alius ad assentientem. Secundum respectum ad veritatem. assentire seu credere uno est in omnibus. qui quidem modus exprimitur: cum dicitur assentire proprie veritati super omnia. secundum vero quod assentire dicitur respectu ad assentientem hoc modo est differentia secundum sacramenta et profectum secundum quod dicit hugo. Secundum incrementa fidei tria genera generum inveniuntur. Quidam. n. fideles sunt qui sola pietate credere eligunt. et verum credendum sit vel non credendum: ratione non comprehendunt. Alii vero ratione approbant quod fide credunt. Alii vero quod fide credunt et ratione approbant purificate mentis intelligentia exprimitur. In primis sola fides facit electionem. in secundis ratio adiungit approbationem: in tertiis puritas intelligentie approbationem certitudinem. Ad quartum dicitur secundum auctoritatem hugo. de sancto vic. exponente auctoritatem Numeri. 13. de botro qui portabatur in vecte. Botrus si quidem in vecte: christus in cruce est: cuius mysterium in sacramento duo populi portant. Qui precesserunt portauerunt: sed non viderunt. quia preces aduentum eius sacramenta passionis eius per fidem portauerunt: sed non omnes per cognitionem intelligere valuerunt. Secundi autem portant et vident: quia fideles per adventum christi sacramenta passionis eius per fidem suscipiunt: et per reuelatam cognitionem: iam cognoscunt. Ex quo accipitur quod quibus eadem sit fides quantum ad consensum veritatis qui creditur. tamen diversa est in cognitione quantum ad profectum et augmentum

sicut dictum est.

Queritur postea ^{de con-} ^{pario-}
ne fidei ad alias virtutes secundum quod dicitur fundamentum. Ad quod sic obicitur super illud Lud. 1. Non terremini etc. glo. fortitudo est fundamentum fidei. secundum hoc ergo fides non est fundamentum fortitudinis. Item dicit Bernardus. quod preciosus fundamentus humilitas est in qua fundatur fides. ergo humilitas est fundamentum fidei. et non e converso. Item superba voluntas est causa infidelitatis et repellit fidem. ergo humilitas est initium fidei. Ex quo relinquitur quod humilitas erit fundamentum fidei et sibi res speranda. Item cum obiecta fundantur in anima per suos habitus: videtur quod credenda fundentur in anima per fides: speranda per spem: diligenda per caritatem. Spes ergo erit fundamentum rerum sperandarum non fides. Item fundamentum proprie est et dicitur in materia permanente: et simul cum rebus respectu quarum dicitur. unde ubi est materia transiens: non dicitur proprie fundamentum. Si ergo fides non remanebit cum spandis in vita eterna: sicut patet. i. Cor. 13. quia evacuabitur non poterit dici fides fundamentum rerum sperandarum. Ad quod dicitur quod fides dicitur fundamentum secundum rationem spiritualis edificii: secundum quod dicitur glo. Heb. xi. fides est fundamentum omnium bonorum quod nemo mutare potest. in quo non est bona edificatio. Dicitur autem fundamentum in via: quia est primus habitus quo homo super se ascendit. se quis vero est spes que est sicut paries quo animus erigitur ad attingendum magnitudinem glorie celestis. Caritas vero est sicut summum seu rectum quod elevat versus ad sublimitatem glorie: quia nunquam excedit. i. Cor. 13. secundum hoc ergo dicitur fundamentum
Preterea dicitur fundamentum respectu sperandarum hoc est respectu eternorum bonorum secundum quod in spe sunt. Speramus enim videtur verum. spem attingere gloriosum. spem plene diligere summum bonum. scilicet ex fide disponente animam. fides ergo disponit animam: ut ista subsistant in ipsa. Ad primum ergo quod obicitur de fortitudine dicitur dicitur quod fundamentum dupliciter dicitur in spiritualibus proprie subiecto: et proprie firmitate. proprie subiectione dicitur fides fundamentum virtutum: quia est primus habitus quasi abstractus omnibus habitibus virtutum: sic accidit in coloribus. Nam color albus aliquando subsistit omnibus qui super pinguntur propter firmitatem dicitur fortitudo fundamentum fidei non quantum ad habitum: sed quantum ad opera in quibus firmatur fides per fortitudinem ne cedat passionibus. secundum hoc ergo patet quod fides dicitur fundamentum fortitudinis per abstractionem quantum

ad bitu; fortitudo x̄o d̄r fūdamētū; fidei p̄ firmitatē q̄tū; ad actū; Ad secundū; x̄o q̄d obicit d̄ humilitate d̄d q̄ humilitas est dupliciter. ex gr̄a gratis data: et ex gr̄a gratū; faciente. humilitas ex gratia gratis data est qua homo intellectu suū; humiliat ut nō sit aliquo mō repugnās veritati credendū; et fm̄ hūc modū; humilitas est dispositio p̄cedēs ad fidē formatā nō tñ deb; dici fūdamētū; q̄a non est eiusdē rōnis.

Est enī humilitas hui; ex gr̄a gratis data. fides x̄o formata ex gr̄a gr̄tū; faciente. Humilitas ex gr̄a gratū; faciente est qua homo inclinā; ad debitā subiectionē et sensū sue p̄nitatis. d̄d q̄ f̄ hūc modū; q̄ fundamētū in virtutib; p̄t dici dupl; rōne ḡnatiōis et ratiōe cōseruatiōis. Rōne generatiōis fides est fundamētū; virtutū; Rōne x̄o cōseruatiōis seu custodiē humilitas q̄a ē custos oīū; virtutū; ne corruat. Un̄ Greg; Soli ruine crescit q̄ edificat qui ante molē fabri ce humilitatis fundamētū; nō p̄urat. et p̄ h̄ pt; R; ad tertiū. Ad q̄rtū; d̄d q̄ rez sperādā; i q̄tū; i eis cernit act; spei: spes est s̄ba sicut forma. fides x̄o sic mā. i. mālis dispositio p̄ quā in aīa res spandē ut sunt s̄ba actu spei s̄sistunt. Quia ḡ fundamētū dicit rōnē materie non forme. Ideo onēnt fidei esse fūdamētū rez spandā; non spei.

Ad vlti; d̄d q̄ nō refert: spādū; enī fm̄ s̄bam vicit eternū; sed spādū in q̄tū ē sub actu spei. i. in q̄tū est spādū dicit t̄pale p̄p̄t cōcretionē act; spei ad ipsam rē spādū. d̄r q̄ fides fūdamētū rez spandā; nō q̄tū ad suā s̄ba; s̄ q̄tū ad cōcretionē actus spei ad ipsas res: hoc est dicere: dicit fūdamētum eternoz bonoz: nō put habēt esse i re d̄ futuro. sed put habēt esse i spe de p̄nti. māet igit fides respectu eius q̄ dicit fūdamētū f̄ hūc modū. In hūc ḡ modū terminat i ḡ sirio de fide sc̄dm q̄ accipitur pro fide qua creditur.

Est at inquirere

De fide f̄ q̄ accipit p̄ eo q̄d creditur h̄ est de credibili. credibile aut̄ d̄r articulus fidei. collectio aut̄ articuloz dicitur symbolū; ut at̄ plena sit euidētia mod; i ḡsi tionis erit talis. p̄ queret q̄d articulus. 2^o que rō symboli. i. collectiōis articuloz. 3^o de sufficiētia credibiliū f̄ distictiōes tempoꝝ. 4^o de sufficiētia articuloz q̄tū;

ad fidē simpliciu. 5^o de distinctione et expositiōe articuloz f̄ differētiā symboloz.

Ad primum p̄notādū est q̄ articulus tripliciter diffinit fm̄ hug. de sc̄o vic. Articulus est nā cū gr̄a. Itē f̄ eundē aliter sic. Articulus est p̄ceptio v̄itatis d̄ne tendēs in ipsam. Itē f̄ Ric. de sc̄o vic. 3^o mō sic articulus est indivisibilis veritas de deo artans nos ad credēdū. p̄ querit que sit rō assignatiōis hāz diffinitionū. Nā vidēt repugnare p̄ et tertia. nā p̄ma que dicit articulus ē nā; cū; gratia ponit articulus in cōplexiōe et cōpositiōe veritatis. Tertia x̄o que dicit articulus indivisibilē veritatē ponit articulus i simplici acceptiōe veritatis. Itē cum multa sint credibilia et credēda sine quib; nō est salus que nō otinēt veritatē de deo: ut q̄d d̄r i symbolo. Credo sc̄am catholicā eccl̄iā; et carnis resurrectiōe; et alia que i symbolo nō otinēt: ut fornicationē ēē mortale p̄c̄m et cetera h̄. q̄ non est verū q̄ d̄r in 2^o et 3^o diffinitioe q̄ articulus est v̄itas de deo x̄. q̄a cū p̄cisiōe itelligit diffinitio. Itē cognō p̄bica de deo qua i metaphysica p̄bat q̄ deus est et oīpotēs et etern; ē v̄itas de deo. et p̄ rōnes necessarias artat nos ad credēdū. ḡ tal cognitio ē articulus. S; diffinitio istia vera est qua dicit q̄ articulus ē indivisibilis veritas de deo x̄. Itē cū hi q̄ sūt in p̄cō mortali fideles credāt deū; ēē sic i symbolo cōfitemur. vnu; oīpotētē x̄. nō tñ credāt in deū; q̄a credēdo p̄ amorē nō tendūt in eum ḡ in ipsis est p̄ceptio v̄itatis nō tendēs i ip̄a;. Ex q̄ relinq̄t q̄ si articulus est p̄ceptio v̄itatis d̄ne tendēs i ipsam: q̄ ip̄i nō credūt aliq̄e articulus. Itē qua rōne d̄r in tertia diffinitione: articulus indivisibilis v̄itas. Nā int̄tio articuli iuenit i quadruplici facultate. i gramatica ad distictionē vocis vel suppositoz. In rethorica ut dicit tulli; in 2^o retho. Articulus dicit cū singula verba itervallis distinguunt cetera orōne. hoc mō acrimonia voce vultu aduersarios p̄erruisti. in p̄bi; articuli distictiōes digitoz: et i vnaquaq; facultate articulus d̄r m̄mū i suo ḡne: et h; rōnē distictiōis seu i viciōe ut i gramatica. seu i orōne: ut i rethorica. seu in mēbro ut in p̄bica. querit ḡ cū; articulus accipiat i rethorica. an accipiat fm̄ it̄tionē aliarū; sc̄iāz. Nam si accipiat f̄ it̄tionem indivisibilitatis male diffinit, hugo dicens q̄

articulus est natura cum gratia. Si q̄ scdm
rōnē distinctiōis. q̄ qui habēt fidē implicatā
nō credūt oēs articulos. Solo. Articulus
accipit̄ stricte. pprie et coiter. Stricte acci-
pit̄ articulus s̄m q̄ artat̄ ad partes symboli
aploz. et hoc mō accepit̄ hugo cū dixit arti-
culū esse nām cū gratia. Nā in singulis ar-
ticulis illius symboli cōfessiōi nature dīne
uel humane adiūgit̄ effectus gratie. ubi grā
cū dico. Credo ī deū p̄m zc. significo nām
cū adiūgo creatorē celi et terre. adiūgo grā;
Ex gratia. n. non ex debito fuit q̄ colcare
voluit suā bōitatē ī creatiōe rez. Sili mō
cū dico et in ihm xpm zc. ofiteor nā; cū; ad
do qui cōceptus est de spū sc̄o. adiūgo grā;
Accipit̄ aut̄ hic natura p̄ ipsa nā que dīna
est: vel q̄ assūpta est a deo. s. humanitate.
Prope accipit̄ articulus s̄m p̄fectā rōnē: at ē
obiectū fidei formate. et h̄ mō accipit̄ ī illa
diffinitiōe. articulus est p̄ceptio x̄itatis dīne
ī ip̄a; tēdēs: ut p̄ h̄ q̄ d̄r p̄cep̄ x̄itatis dīne
significet̄ int̄tio cōis fidei formate et ifor-
mis. per hoc x̄o q̄ addit̄ in ipsā tendens:
determīet̄ et appropriet̄ fidei formate. et si
gnificet̄ duplex p̄fectio articuli. p̄fectio in-
tellectus in hoc q̄ dicit̄ p̄ceptio veritatis
dīne. p̄fectio affectus in hoc q̄ dicit̄ in ip̄a;
tēdēs. Articulus. n. formatus nō solū illustrat̄ ī
tellectū p̄ p̄ceptionē veritatis. sed etiā mo-
net̄ affectū ad desideria; x̄itatis. Coiter
accipit̄ articulus s̄m q̄ est obiectū fidei for-
mate et in formis. et ad hāc int̄tionē respici-
ens Riddicit̄ q̄ articulus est īdiuisibilis x̄itas
d̄ deo artās nos ad credēdū. Et p̄ h̄ q̄ dicit̄
īdiuisibilis x̄itas de deo: rāgit̄ eēt̄ia artīcū
p̄ hoc x̄o q̄ dicit̄ artās nos ad credēdū: rāgit̄
effectū articuli in q̄tū articulus est. et ex hoc ī-
sinuat̄ nōis rōnē. eo enī q̄ artat̄ rōnem ad
assentiendū articulus dicit̄. patz̄ igit̄ que sūt
rō assignat̄ iōis positaz̄ diffinitionū. Ad
illud q̄ qd̄ p̄ obicit̄ de repugnātia prime
diffinitionis et vltime. dō q̄ cū duplex op̄io
fuerit de articulis. Nā quidā posuerūt res
esse articulos. qdā x̄o enūciabilia. et sic sup̄
disparatū ē q̄ articuli sūt simplr: et articuli
s̄m quid. articuli simplr sūt ipse res simplr
accepte ab ip̄o it̄lectu. ut vnitas trinitas
incarnatio. et sic de hiis. Articuli x̄o s̄m qd̄
sūt enūciabilia. ut deū esse trinū. filiū dei
esse incarnatū. Riddcū dixit q̄ articulus erat
īdiuisibilis veritas: respexit ad it̄tionem
articuli simpliciter. hugo x̄o cū; dixit arti-

culū esse naturā cū gratia: accepit̄ articulus
s̄m quid seu x̄tingeret. Et ideo Ridd posuit
articulū in acceptiōe simplicis x̄itatis. hugo
x̄o ī cōplexione x̄itatis. s̄ restringēdo it̄en-
tionē articuli ad symbolū aploz sic dicit̄ ē
Ad secūdū ex sup̄iorib; ptz̄ h̄ vbi oñsū
est q̄ nō oē qd̄ credēdū est: est articulus sup̄
qōne vtrū obiectū fidei sit verū creatū v̄l
īncreatū. Sūt enī quedā āncedētia ad fidē
quedā sequētia. quedā cū ipsa fide. āncedē-
tia ad fidē sūt ea que sūt de iure nāli: et in
decalogo exprīmūt̄ que supponit̄ fides. Jū
est q̄ credēdū est q̄ trāsgressio cuiuslib; p̄-
cepti sit mortale p̄c̄m: q̄a discredere illud
qd̄ fides supponit̄ īfidelitatis ē. Sequētia
x̄o ad fidē sūt vel que inferūt̄ ex articulis
vt q̄ deus ē vbi q̄: qd̄ seḡ ex hoc q̄ deus est
īmēsus: vel que ad articulos reducūt̄: at ea
que determinata sunt in scriptura tenemur
credere implicite vel explicite. seu ab ecclia
tradita ut ea que pertinet̄ ad sacramēta
ecclie. et ea q̄ in scriptura determinat̄ q̄tū
ad circūstācias aduēt̄ ad iudiciū. qdā x̄o
sūt siml cū ipsa fide: et he sūt p̄cūle fidei
que in symbol cōtinent̄. h̄: mō accipit̄ ar-
ticulus. et si obicit̄ d̄ catholica ecclia et car-
nis resurrectionē. dō est sicut pū. nam ista
nō ponūt̄ p̄ articulis nisi in q̄tū d̄cernitur
dīna actio in his vt ī ipsa catholica ecclia
accipit̄ dīna virtus faciēs ī ea remissionem
p̄cōz. In carnis s̄lr resurrectionē d̄cernit̄
virtus dīna faciēs resurrectionē. Ad trū
dō q̄ sicut dicit̄ a p̄bo descendūt̄ nōia sicut
descendūt̄ sc̄ie. s̄lr dō q̄ ascendūt̄ nōia s̄m
q̄ ascendūt̄ sc̄ie et nōia; int̄tiōes. veritas q̄
ī nāli p̄bia accipit̄ p̄ veritate que ē s̄m nā;
In rōnali p̄bia p̄ veritate que ē s̄m rōnem
q̄ in t̄ologia que est sc̄ia sup̄ naturā et rō-
nē accipit̄ veritas p̄ veritate que est supra
naturā et rōnē. Cū q̄ dicit̄ q̄ cognitio p̄bia
que est de deo qm̄ oipotēs est zc. est acceptio
veritatis de deo. aliter dicit̄ q̄ cū d̄r q̄ ar-
ticulus fidei est acceptio x̄itatis de deo. Nā
illa acceptio que est p̄bia a nobis esse d̄r:
q̄a prōnē nāle īuestigat̄. Illa x̄o que ē arti-
culus nō a nobis est: q̄a a deo cū lumie gr̄e
fidei infūdīt̄: et ad h̄ respiciēs hugo de sc̄o
vic. dixit q̄ articulus est p̄ceptio veritatis
dīne: nō dixit acceptio sed p̄ceptio. i. p̄ aliū
caprio: q̄a nō a nobis sed p̄ aliū in nobis in-
fūdīt̄. J̄ad. p̄. Qd̄ datū optimū: et oē do. p̄ de
sur. est zc. p̄terea hoc q̄ d̄r artās nos

ad credendum aliter et aliter de cognitione
 pbica et articulo: quia cognitio pbica artat
 per lucem rationis evidenter. articulus vero artat per lucem
 gratie infusam: scientiam informatam sic supra
 dictum est. Item cognitio pbica per rationem arta-
 tur intellectus necessitate. articulo vero fidei
 per lucem infusam artatur affectus ut voluntarie as-
 sentiat veritati divine propter se. Ad quartum
 videtur quod sicut dictum est sic fides distinguitur per
 formatam et informem. Item articulus dicitur formatus
 et informis. Articulus vero formatus diffinitur
 ab his. cum dicitur articulus est perceptio etc. et secundum
 illam rationem existens in mortali peccato non
 credit articulum: quod admodum nec credit in deum
 Articulus vero contra ad formatum: et informem;
 diffinitur a. Item dicitur articulus est indivisibilis
 veritas etc. et hoc modo in peccato existentes credunt
 articulos. Ad ultimum quod queritur utrum
 articulus in theologia accipiat secundum rationem aliarum
 scientiarum. videtur quod intentio articuli accipit secundum rationem
 simplicitatis prout dicitur articulos simplices
 res ipsas credendas. secundum vero rationem distincti-
 onis prout dicitur articulos secundum quod esse ipsa
 enunciativa in que ipsum symbolum velut quoddam
 totum in suas particulas distinguitur sicut infra
 dicitur.

Consequenter queritur de
 ratione
 symboli. i. collectionis articuloꝝ. et incidunt
 quoniam disciplinales circa hoc plures. Prima
 generalis quod si causa fuerit compositionis symboli. i. col-
 lectionis articuloꝝ. Secunda est prima symboli quod
 dicitur in silentio sit ab ipsis apostolis constitutum: sic edunt
 auctoritates: que ratio fuit editionis alioꝝ sym-
 boloꝝ videlicet symboli quod cantatur in missa.
 Credo. scilicet in unum deum: quod fuit a patribus in
 concilio oecumenico constitutum: et symbolum Athanasii.
 quod cantatur in prima: cum primum ab apostolis omnia sapientia
 eruditio sufficienter contineret articulos neces-
 sarios ad salutem. Item cum symbolum apostolorum
 et symbolum patrum distinguat secundum ea que tri-
 bus personis appropriantur sicut patet consideranti
 que ratio est quod symbolum Athanasii aliter distin-
 guatur. Item queritur de symbolo apostolorum que
 dicitur de matre et in prima et in completionibus plusquam
 in aliis bonis. Item quare symbolum patrum
 cantatur in missa et in primo evangelio. Item quare
 symbolum Athanasii cantatur in prima. Ad quod
 respondendum per ordinem. et primo ad primum videtur quod causa
 symboloꝝ. i. collectionis articuloꝝ est instructio
 fidelium in una intelligentia et confessione veritatis
 et devotione religionis. Cum enim una sit veritas

in qua beatificanda est humana natura. una
 intelligentia. una confessio. una religio debet
 esse intendendo ad ipsam veritatem. Ideo cum
 tot essent diversitates hominum natione moribus
 lingua cognatione et aliis modis multis spiritu
 sancto illuminante: excogitaverunt patres colligere
 singula credenda et confitenda de ipsa divinitate
 in una confessionis coordinatione: ut omnibus
 credendum esset confessio una fides et religio. ut
 sicut dicitur Actuum 4. Multitudinis credendum esset
 eorum unum et anima una. sicut dicitur beatus Augustinus in libro
 de symbolo. multe anime erant: fides eas una
 fecerat. unde non quod ex hac unitate dicitur sym-
 bolum. Symbolum enim in naturali pbica dicitur con-
 venientia: propter convenientiam quod intellectu in ve-
 ritate una: et religio de una symbolum fidei
 appellatum est. Nota tamen quod propter hanc causam;
 due possunt alie assignari. Denotatio symboli
 una est convenientia apostolorum in symbolo com-
 ponendo seu patrum: quia sic infra patebit in sym-
 bolo apostolorum unusquisque apposuit preter suam. Item
 dicitur est symbolum a finem quod est cum et bene: quod
 est finis quasi multorum finis. Alia causa est conveni-
 entia scripturarum ex quarum aggregatione fa-
 ctum est symbolum. Unde Augustinus in libro de symbo-
 lo ista verba per diversas scripturas sparsa sunt
 sed tamen collecta sunt: et ad unum redacta. ne
 tardorum hominum laboraret memoria. Ad se-
 cundum videtur quod causa multiplicationis symboloꝝ
 fuit triplex. Instructio fidei. veritatis expla-
 natio. erroris exclusio. Instructio fidei fuit
 causa compositionis symboli apostolorum. ad hoc enim com-
 positum est ut in una fide credendorum necessa-
 riorum salutem fideles erudirentur. fidei expla-
 natio circa dubitationes emergentes fuit
 causa compositionis symboli sanctorum patrum quod cantatur
 in missa. Erroris exclusio propter hereses
 multiplices pullulantes: causa fuit symboli Atha-
 nasii: quod cantatur in prima. Quicumque vult etc.
 Ad tertium quod queritur de diversitate distin-
 ctionis que est in symbolis. videtur sicut tactus
 est. Primum symbolum apostolorum fuit ad instructi-
 onem fidelium in fide trinitatis. et ideo prima appro-
 priata trinitatis distinguitur ut per prima sit
 de appropriatis patri. Credo in deum patrem
 etc. 2. de appropriatis filio. scilicet et in ipsum christum
 filium eius. Tertia de appropriatis spiritu sancto.
 credo in spiritum sanctum. Secundum symbolum niceni sy-
 nodi fuit ad explanationem fidei trinitatis.
 unde et illud symbolum distinguitur secundum ea que
 conveniunt tribus personis. Tamen quia tunc
 emergebat dubitatio circa personarum equalitatem

et maxie circa psonā spūs scī. Ideo euz pma pars illius symboli sit de prinētib' ad p'rez Cum d'r. Credo i' unū deū patrē zc. Secūda de prinētib' ad filiū: et in unū ihm xpm fīliū eius zc. Tertia est de prinētib' ad spirituz sanctū cū p'fessionē equalitatis. vñ ibi d'r et in spm. s. dominū. qui cū patre et filio siml' adōat zc. Tertiu' hō symb' arbanasii fuit contra hereses pululātes circa fidē d'nitatis et humanitatis. Ideo illud symbolum p' remouet errores circa p'fessionem vnitatis: essentia d'ne et distinctiōis psonaz p' rectā p'fessionē essentialiū et psonaliū deo digrū noiationū. vnde p' h'culos p'hemiales d'r fides aut catholica hec ē vt unū deū i' trinitate zc. z' hō remouet errores circa fides humanitatis cū d'r. sed necessariū ē ad eternam salutē. Ad q'tū qd' querit d' symbolo ap'oz quare submisit d'r. dō q' p'pter h' vt status p'mitine ecclie rēp'sentet qñ apli et fideles nō audebāt fidē xpi cōfiteri i' manifesto vsq' quaq'. In p'ima hō et cōpletio illud symbolū d'r ut significet qd' sine fide impossibile est dirigi: et placere deo i' bōis fm q' d'r ad Heb xi'. Sine fide impossibile est placere deo. Ideo d'r in p'ma anteq' pcedatur ad opera in die. Itē ut significetur q' sine fide impossibile est resistere mal: s' q' sig' in p'ma pe. ultimo. vbi d'r resistere. s' diabolo: fortes in fide. ideo d'r i' cōpletio. In monimētū: cōtra tēptatiōes nocturnas et hoc est qd' d'ic' aug' de symbolo. Accipite regulā fidei qd' est symbolū: cū acceperitis in corde scribite: et quotidie apud vos dicite ateq' dormitis supple i' cōpletio: aut p'cedat supple in hora p' v'ro symbolo vos munite. Ad illud qd' q'rit quare symbolū patrū cantat' in missa p' euāgelium. dō q' symbolū patrū et etiā arbanasii est cōtra de clamatōes et garrulariōes hereticoz: ad q's cōf'urandas i'stituta sūt p' p'fessionē fidelīū. Præterea in missa symbolū pat'z cantatur vt p'fessionē fidei et deuotionē p'paremur ad p'cipationē sacramti d'nici corpis cui' p'cipēs efficiamur p' fidē. Un' aug'. Crede et māducasti. post euāgelīū hō canitur ut mōstret q' symbolū ex verbis d'ni loquētis in euāgelio accipit'. Ad illud qd' querit q're symbolū arbanasii i' p'ima cāt' p'p' duo. s. p'p' significatiōē vt designet q' fides est p'ima mentis illamīatio et p'ima virtutū: et p'pter vtilitatē. armamur. n. symbolo fidei

fm q' d'ic' ad Ep' b. 6°. In oībus sumentes scutū fidei. p'p'erea in hora p'ma arma dei sumimus ut oēs temptatiōes expugnare valeamus.

Consequenter que
de sufficiētia fidei fm successiones
tēporū. et querit' d'no. p' vtrū cēt sufficiē'
salutis sine fide mediatoris. z' vtrū ne
cessariū fuerit credē oī tpe ea que credim'
de fide mediatoris.

Ad primum sic ad De. xi°. Ac
cedentē oportet
credere q' deus ē: et q' remunerator est. sed
queritur vtrū atē aduētū et legē suffecerit
hoc credere ad salutē. Nā tpe grē cōstat cer
tissime h' nō sufficere. Oportet enī vniuer
sa credi que in symbolis cōtinēt'. Propter h'
querit' quare ap'us ista d'no posuit: et vtrū
aliquo tpe suffecerit h' ad salutē: videtur q'
sic. q'a atē p'cēm ade nō erat necessaria redē
ptio humani gnīs. q' nec fides mediatoris
erat necessaria saluti. p' tpe q' illo su'iceret
credere q' de' est: et q' remunerator ē absq'
fide mediatoris. Itē p' p'cēm in lege na
ture nō erat naturali lege que ē i' dicamīe
rōnis scriptū aliqd' p'ceptū credendū media
torē seu redēptō: ē: nec ex lege posita nec ex
p'phet' erat p'dicatu: q' credēda eslet redē
ptio humani generis. Relinq' igit' q' pro
statu illo nō obligabāt ad fidē mediatoris
q' sine illa poterat esse salua. Itē nūq' de'
exigit a nobis vltra posse. Cū q' fides medi
atoris nō posset haberi nec p' scripturas nec
p' creaturas nec p' p'phetas: p' quos i' sinuāet'
credēdū esse mediatorē. Relinq' igit' q' nō
sp' fuit necessaria fides mediatoris. Conē
aug' ad optatū. Nemo liberat' a dānatiōe
que facta est p' adam nisi p' fidē ihu xpi.
Itē d'ic' aug'. Eade; fides mediatoris q' nos
saluat: saluos iustos faciebat atiq' nos pusil
los cū magnis: q'a sicut credim' xpm i' carne
venisse ita illi vērūz. Solo distinguē'
est status s. status ante p'cēm: et stat' p' pec
catū: et ante legē: et stat' s' b' legē: et stat' grē
In statu atē p'cēm necessaria fuit fides cre
atoris: q'a est et q'a remunerator est: q'a s. est
p'cipiū cōditōis: et q'a remunerator ē i' q'
finis et cōplēmentū b'it'udinis. p' statu hō p'
p'cēm necessaria fuit fides: nō solū creatoris
imo mediatoris fm q' d'ic' aug' qd' scriptuz
est Act. 4°. Non est aliud nomen sub celo

in quo oporteat saluari nes. ex illo tpe valz
fides ad saluandū genus humanū: ex quo in
adā vitiatū est. g̃ fides mediatoris solūmō
necessaria est p̃ p̃ccm. post peccatū; enī sic
vīc hugo. duo sūt p̃posita credēda: creator
et saluator. In p̃ma pte discernit fides iter
creatorē et ei⁹ opa. In secūda pte discernit
fides inter saluatorē et sacramēta sua. p̃ma
pars p̃tinet ad debitum nature. secūda ad
debitū gr̃e. illa credere debem⁹: ga p̃ nām
ōditi sum⁹. Ista credē debem⁹: ga p̃ gratiā
repati sum⁹. Tō igit̃ d̃riam fidei media
toris ante legē: et s̃ lege: et tpe gr̃e s̃ hug
ō scō vic. Ante legē creator credebatur et ab
eo salus et redēptio expectabatur. Per q̃ t̃o et
quō eadē salus cōplenda et p̃ficiēda esset. ex
ceptis paucis quib⁹ hoc scire singulariter ī
munere datū erat a ceteris fidelib⁹ nō cog
scebatur. Sub lege at̃ p̃sona mediatoris mittē
da p̃dicabatur. q̃ at̃ ipsa p̃sona foret hō vel
āgelus vel deus nundū māf. stabatur. soli b̃
cognouerāt q̃ p̃ sp̃m ad b̃ illuminati erant
Sub gr̃a at̃ māfesse p̃dicatur et credidit mod⁹
redēptiōis et qualitas persone mediatoris.
Scdm̃ hoc r̃ndēdū ē b̃ ad omnia obiecta.

Ad p̃mū qd̃ querit̃ d̃ q̃ apl̃us ista duo
ponit sicut p̃ncipiā ad oēs articulos. s̃. oēs
credere ga est: et ga remunerator est. oēs. n.
articuli reducūt ad fidē: qua credidit alpha
et o p̃ncipiū et finis Apoc. p̃. et hec duo sūt
que p̃pingora sūt nobis q̃tū ad cognitiōes
et p̃ quoz̃ cognitiōes manuducimur et ele
uamur ad cognitiōes eternoz̃: sicut p̃t̃ o se
renti singulos. hinc g̃ est q̃ apl̃us p̃dit hos
p̃ncipaliter: ga est p̃ncipiū conditiōis: et
quia est remunerator. hoc est finis b̃titudis

Ad secūdū iā p̃ r̃nsio: ga p̃ statu aī pec
catū non dicat̃ necessaria fides mediatoris
sicut pat̃ ex dictis: s̃ p̃ statu p̃ p̃ccm. Ad
tertiū t̃o et q̃rtū d̃ q̃ in lege nālī s̃ ṽicta
men rōnis scriptū erat p̃ceptū de fide me
diatoris in q̃tū indita erat quodāmodō rōni
humani fides redēptiōis: ga certū poterat
esse rōni humane nām hoīs esse lapsam ge
neraliter. In d̃itū aut̃ erat rōni q̃ sp̃ melius
et dignius ē attribuendū sūme bonitati. et
ideo satis ex p̃p̃quo colligere poterat q̃ sū
ma bonitas nō p̃mitteret rōnalē creaturaz̃
humanā que g̃naliter p̃dita erat ex toto p̃
ire. iuxta illō ps̃. Tūq̃d vane cōstituiti oēs
filios hominū. et ideo ṽictabat rō q̃ credē
deberet futurā hoīs repatiōē. p̃ hāc g̃ viā

ostēdit in lege nālī quodāmodō scriptū prece
ptum de fide redēptiōis. Ad ṽlti⁹ d̃ q̃
in p̃tate ñra potētia susceptiua est credē
fidē mediatoris. sed nō est ī p̃tate ñra acti
ua: imo ab ipsa p̃ma veritate infundēte lu
men fidei quo eleuet̃ intellect⁹ sup̃ se. In po
tentia hō susceptiua erat disponere se per
dictamen rōnis pur̃ iam dictū est ad rece
ptionem hui⁹ luminis.

Queritur postea ^{vtruz}
^{semp}
optuerit credē oīa illa de mediatorē q̃ nūc
credim⁹. Quibusdam. n. videt̃ sic mg̃ f̃ d̃c
in sent. q̃ suffecerit antiqs̃ tm̃ credere. s̃. na
tiuitatē. mortē. resurrectionē. aduētū ad iu
diciū. aliis videt̃ habita fide trinitatē id de
mysterio incarnationis fidei suffecisse ut cre
deret̃ filius dei nascitur⁹ de hoīe et iudica
turus: qui de Jobe baptista documētū hui⁹
rei affirmat: qui de morte xp̃i et descēsu ad ī
feros in euāgelio dubitasse videt̃ s̃m expo
sitionē gregorii. q̃ñ interrogauit p̃ discipu
los. Tu es qui ventur⁹ es z̃c. Lud. 7. Mat. b.
xi. q̃si dicet̃. Es tu p̃ teipsū descensur⁹ ad
inferos: an aliū expectam⁹ ad hec sacramēta
Propter hec circa hoc querit̃ de sufficiētia
articuloz̃ que minor esse potuit. Itē que
ritur de Jobe baptista vtrū fidē habuerit
mortis xp̃i seu descēsus ad inferos. ga dicit
ambrosi⁹ in glo. sup̃ Lud. 7. q̃ Jo. nouit̃ dei
filiū: s̃ nō ipsū descēsur⁹ ad inferos: et dicit
ibidē q̃ mortur⁹ xp̃m sc̃tī nō crediderunt
g̃ nō habuit fidē mortis: nec descēsus ad in
feros. Itē Greg⁹ sup̃ Mat. xi. in omel.
Tu es qui ventur⁹ es z̃c. introducitur Jobem
loquētē sic añ ouēiat filio dei mou. añ aliu⁹
ad hec sacramēta missurus es. g̃ Jobes du
bitabat vtrū xp̃s eēt mortur⁹. Itē Amb⁹
dic̃ q̃ poterat p̃ius vates que ventur⁹ pre
dixerat: nō credidisse mortur⁹. Coñ Dila⁹
dic̃ q̃ Jobes nō dubitauit sed ignorat̃ se di
scipuloz̃ cōsuluit. Itē Criso⁹ sup̃ Mat. xi. Jo.
ga a sp̃u sc̃o vidicerat q̃cqd̃ audierat: q̃ et ce
teris predicauerat: q̃ testimoniū p̃hibuerat
qui colūbā viderat quare sic querit̃ si igno
rat quō testis fuit Job. Tu signa diuulga
ueras mō p̃ mortuos suscitatos quando iā
omnibus notus. nunquid tibi non notus.
tu sanctificat⁹ beremi ciuis: nunc dubitas.
absit. Solo d̃ ad p̃mū s̃m hug. q̃ hec s̃t
quib⁹ ab initio fides recta nūq̃ min⁹ habē
potuit videlicet: vnū deū esse creatorē oīū

om̄i r̄ rectorē vn̄uersoz̄ ipsūq; non esse
mali auctore: eoz̄ suntq; mal̄ suis ei⁹ miām
quererēt: r̄ expectarēt futurū redēptōē. hoc
symbolū fidei ī initio suffecisse credimus. r̄
oēs q; futurā redēptionē crediderūt: ea q̄
redēptio cōstabat credidisse nō īcōueniēt af
firmat. Ad illud q̄ obicit de Jobe di
cūt quidā q; Jobes nō dubitauit: r̄ dicūt q;
in auctoz̄ibus verbū dubitādī pōit īprope
r. p̄ verbo interrogādī: vt Lud. 2. dī. Inue
nerūt eū in medio doctoz̄ interrogātē glo.
discit in terris qui angelos docebat in cel
tis. i. Interrogat r̄ ad modū discētis se h̄
ita etiā dicūt h̄ Job. dubitasse. i. Interrogasse

Sed contra h̄ est q̄ dicit glo. amb. p̄dicta
poterat pins vates quē v̄tuz̄ crediderat
nō credidisse moztuz̄. Preterea dicūt alii
q; Jobes dubitauit sed distinguūt q; ē tri
plex dubitatio. Est dubitatio infidelitatis
qualis fuit ī iudeis. r̄ ē dubitatio tarditatis
qualis fuit in discipulis euntib⁹ in cnaus
Lud. vlti. Et ē dubitatio amoris seu pietatis
que quidē nō est dubitatio sed error quidā
quo aīa se habet ad modū dubitātis. r̄ sic
dubitauit Jobes. vnde dicit glo. ibidē. nō
fide s̄ pietate dubitauit: q; lapsus amoris
fidē nō impediuit. talis enī lapsus religio
sus est. Alii h̄o dicūt s̄m Job. Criso. qui dicit
q; nec īgrans quesituit nec dubitās misit di
scipulos. dicit etiā q; discipuli Job. iudiciose
se habebāt ad xpm. r̄ iō iobes ī primo mo
riturus magnū studiū facit ad h̄ ut credāt
r̄ mittit duos quos nouerat p̄suadibiliōes
xps aut sciēs cōsiliū iobānis. nō r̄ndit ego
sū ad Job. sed reb⁹ eos docet: q; testionuz̄
q̄ ex ipsis rebus est credibili⁹ est. Sic q; nō
Jobes dubitauit. s̄ ei⁹ discipuli: r̄ ut ita cer
tificarent p̄ opera miraculoz̄ xpi misit eos
ad ipsum.

Deinde queritur ^{de}
^{inf}
ficiētia fidei q̄tū ad fidē simplicū. r̄ p̄mo
generaliter. 2. sp̄aliter. Circa p̄mū queri
ritur de fide simplicū quib⁹ nō erat incar
nationis mysterū reuelatū sicut habet et
moysi reuelatuz̄ erat quēadmodū in ecclia
aliqui sunt simplices qui articulos fidei di
stinguere nesciūt vt̄z̄ sufficienter credide
rūt credenda. Ad q̄ r̄ndet magister in
sent. s̄m Greg. sup Job. p̄. dices. Reuelatio
nē distinctā r̄ indistinctā velatā r̄ manife
stam. Minores q; habebāt fidē velatā r̄ īdi

stinctā de mediatoze. perfecti h̄o habebāt
distinctā r̄ manifestā quoz̄ fidei m̄iores ad
h̄erebāt sicut etiā nūc est in ecclia q̄ cōfir
mat auctoritas Job. i. boues arabāt r̄ asine
pascēbāt iuxta eos simplices r̄ minores ut
dicit magister. sūt asine pascētes iuxta bo
ues: q; humilitate maiorib⁹ adherēdo my
sterio docebāt qualis forte fuit ml̄ier sama
ritana. Propter hoc circa prē istā querit̄
de fide simplicū: r̄ ḡn̄aliter vtrū possit ha
beri fides vn̄ius articuli sine alio. ad quod
sic Gal. 5. Testifico: oī circūcidētī se: q; de
bitoz̄ ē vn̄iuersē legis faciendē. q; q; ad vnū
p̄ceptū tenet: tenet ad oīa. q; q; ad vnū cre
dēdū tenet: tenet r̄ ad oīa. q; q; lib; simplex
tenet ad articulos oēs. Itē Leui. 13. p̄cipi
tur q; leprosus offerat sextariū; olei 2c. glo.
olei sextariū: q; fide agit r̄ intelligit vnū
q̄d̄q; p̄dictoz̄um. sextarius enim mensura ē
nec pl⁹ nec min⁹ capiēs. q̄d̄ enī pl⁹ est effun
dit. si min⁹ est nō ē sextari⁹: sic fides ad n̄re
mētis mēsurā dat nec pl⁹ aut min⁹ q; a deo
distribuit. q̄d̄ aut pl⁹ aut min⁹ est ex fidem
est. Ex hoc q; relinq; q; nō est fides nisi cre
dant oēs articuli de q̄d̄ ē fides. Itē; sic
se habet caritas ad diligēda ita fides ad
credēda. cū q; caritate diligam⁹ nos deū r̄
p̄ximū r̄ nō cōtingat caritate diligē vnū;
sine alio. q; nec s̄l̄r cōtingeret fide credere
vnū credēdoz̄ sine alio. Item cū vn⁹ sit
habit⁹ credēdi fides: r̄ vn⁹ bit⁹ est ab vn̄i
tate obiecti. erit igit̄ vna veritas obiectuz̄
fidei qua quidē veritate erit vn̄exio r̄ cōi
ctio oīuz̄ articuloz̄. nō credet q; vn̄i articu
lo sine oīb⁹. Oportet q; simplices credant
oēs articulos. Con. credere est sicut dicit
aug⁹. cogitare cū assensione. s̄ pōt cogitari
assentiēdo veritati vn̄i articuli sine alio
q; pōt credi vn̄i articulo sine alio. Item
simplices non cogitabāt de incarnationē sal
uatoris. q; non credebāt incarnationē: cū cre
dere sit cogitare cū assensione. Ad h̄ b̄
est dicendū q; est credere explicite vel impli
cite: distincte vel indistincte. simplices aut
implicitē dicūt credē oēs articulos seu īdi
stincte. Et hoc duob⁹ modis. Vno q̄tū ad
illud q̄d̄ credūt. Alio q̄tū ad illos cū q̄d̄
credunt. Quantum ad illud quod credūt
vt dicit hugo. omnes qui futuram resurre
ctionem crediderūt: ea quib⁹ redēptio cōsta
bat credidisse nō incōuenienter affirmant̄
in q̄tū ipsam que bec oīa cōtinebat v̄tuz̄

crediderūt quis eadē de ipīs oēs credēdo
cognitionē nō habuerūt. Quātum xō ad
illos cū qbus credūt s^o q^o dicit hugo de sim
plicib^o antiq^o q^o fidē naturis. passionis
ascensiois. in b^o verissime eos habuisse cre
dit^o: q^o credētib^o et sciētib^o hoc fide et de
uotione: sub spe et expectatiōe eiusde^o redē
ptionis adheferūt: quōis modū cogitatiois
redēptiois sūl nō cogitauerūt. Scdm b^o g^o
occedēda sūt obiecta que cōcludebāt q^o non
pōt credi vñ articulo sine alio: vt itelliga
tur explicite vel implicite. Tñ ad illud qd
obiiciebāt d^o pcepti dō q^o nō ē file: q^o pcepta
iam cōpleta erāt s^o rōnē pceptient. sed cre
dita nūdū erāt oīa cōpleta: imo erāt quedā
futura. et ad hec capiēda creuit illumīa^o et
magis et magis sic s^o dcm ē. Ad illud xō
qd obiectū de mēfura dō q^o equalis est oīz
q^o tū ad bitū credēdi: seu q^o ad credē i vli
oēs articulos et nullū d^o: credēdi: q^o nō itelligi
tas sit q^o tū ad actū credēdi: q^o attendit q^o tū
ad cognitionē et deuotionē credēdi: seu q^o
ad credē in rōne ppria. Reliqua xō patēt.

Ad ea etiā que obiectū in contrariū patz
R^o per distinctionē pdictā. nam et si simpli
ces possūt cogitare de vno sine altero: non
tamē est credere: q^o credere p^oinet ad fidē
explicitā et implicitā cōiter. cogitare xō ad
fidē explicitā et distinctā. Preterea credere
pōt eē i habitu vel actu. cogitare xō ē solū
in actu. Ad illud iā ptz R^o ex iā dictis.

Postea queritur ^{spalif} ^{d fide}

cornelii. Et querit^o vtrū fuerit necessaria fi
des distincta fm determinatiōem t^opis. Ad
qd sic Act. x^o. Dicitū est cornelio a^oq^o bapti
zatus esset et ouersus ad fidē. Acceperunt
elemosyne tue zc. ex illo textu videt^o q^o cor
nelius p opa venit ad fidē: qd falsū est. Nō
enī q^o homo bona facit: ideo bon^o est: s^o q^o
bonus est. ideo bona facit. Cū g^o acceperunt
ele elemosyne et orōnes a deo. Jā habebat fidē
quoniā sine fide impossibile est placere deo

Itē dicit Greg^o q^o p fidem puenit ad opa
sicut vic m^o in 3^o in 2^o 24. di. vñ ibi dicit
cornelius et p fidē venit ad opa. vñ. n. vñ
credebat. s^o filii ei^o i carnatū nesciebat: p fi
dē placuerunt deo opa ei^o. Itē Aug^o dicit corne
lio dicitū esse p angelū acceperunt elemo
syne tue zc. nec sine fide orabat vñ donabat
Tā quō inuocabat in que nō credebat. Ex
bis patz q^o credebat cornelius. Contra d^o i

glo. sup Act. x^o. Si sine fide posset eē saluus
nō fuisset ad eū missus ecclie architect^o. i.
petrus. Petr^o enī missus fuit ad eū ut ipsū
instrueret ad fidē: et ita ut daret ei fidē mi
nisterio suo. et tam dicitū erat ei. acceperunt
ele et orōnes tue. g^o p opa puenit ad fides. g^o
q^o bene egit fuit fidelis qd falsū ē. Preterea
si tūc habebat fidē qm missus est ad eū pe
trus. ad qd g^o missus est ad eū: nō ut ouerte
ret eū ad fidē qm iam habebat fidē: et ita p
nihilō fuit ad eū missus. Solo est fides vi
stintra. et est fides indistincta. fidē indistin
ctā habebat corneli^o: qm missus fuit ad eū
petrus. qm ante illā missionē dicitū est ei ac
ceperunt elemosyne tue zc. sed non poterāt
esse acceperunt nisi p fidē. et ita cōstat q^o habe
bat fidē sed indistinctā: qm credebat filium
dei esse incarnatū indistincte. nec adhuc vi
stintra credebat q^o facta esset incarnatio. nū
dū enī p fidē susceperat qd d^o Job. p. Verbi
caro factū est q^o iā inceperat pdicari p mūdū
et ideo nō poterat iā cornelius diu eē iust^o
sine fide distincta. et ut eā haberet miss^o fuit
ad eū petrus. et h^o ē qd d^o. Si sine fide posset
eē salu^o non fuisset ad eum missus ecclie
architect^o. hoc est si posset esse salu^o sine fi
de distincta quia tūc t^opis cepat declarari.

Ad illud qd obiectū q^o p opa venit ad fi
dem. dō q^o p opa venit ad fidē distinctam
cū prius haberet fidē indistinctā. Et p istā
distinctionē patz solo ad oīa obiecta.

Sequitur de distin^{ctio}

ne et
expositione articuloz. Et nōndū q^o cū sint
tria symbola. Primum ap^o 2. 2^o pat^o quod
cantat in missa. Tertium arhanasii qd cantat
in prima. articuli distinguūt differēt^o fm
trias symboloz. Querit^o g^o disciplinarter
qualit^o distinguūt articuli in simbolo ap^o 2.

Ad qd dō q^o duplex accipit^o symboli b^o
diuisio. Uno^o p duodecim articulos. Alio^o p
quordecim. Primum accipit^o fm numerum. i. z.
ap^o 2. qui p inspirationē spūs scī in vnum
congregati: singuli singulos apposuerunt
articulos. Petrus p^omus ap^o 2. primū po
suit articulū. s. Credo i deū pat^ore oī potēte^o
creatorē celi et terre. Jobes apposuit se
cundū. s. et in ihm xpm filū ei^o vnicū d^oim
nostrū. Jacob^o zebedei apposuit tertiū. s.
Qui cōcept^o est de spū scō natus ex maria
virgine. Andreas apposuit quartū. s.
Passus sub pontio pylato: crucifix^o mortu^o

et sepultus. Philippus apposuit quintus. f. descendit ad inferos. Thomas apposuit. vi. f. Tertia die resurrexit a mortuis. Bartolomeus septimus. Ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Mattheus octavus. Unde venturus est iudicare vivos et mortuos. Jacobus alphi nonus. f. Credo in spiritum sanctum. Symon decimus. f. Sanctam ecclesiam catholicam sanctorum communionem. Judas iacobi. xi. f. Remissionem peccatorum. Mattheus ultimus dicitur quodammodo iterato Thomas apposuit. id est. scilicet. Carnis resurrectionem et vitam eternam amen. Distinctio ista signata fuit Josue. 4. ubi dixit dominus ad Josue. Elige tibi viros singulos per singulas tribus: et precipue eis ut tollant de medio iordanis alveo: ubi steterunt pedes sacerdotum. id est. durissimos lapides quos ponet in loco castrorum ubi fixeritis hac nocte tertoria. Verba ista sunt dei patris ad filium Iesum qui elegit duodecim viros quos et apostolos nominavit. Duodecim durissimi lapides sunt. id est. articuli fidei. tollunt autem de medio iordanis alveo. id est. de media profunditate scripture: ubi steterunt pedes sacerdotum. id est. affectiones sanctorum patrum patriarcharum et prophetarum. Ponunt autem in loco castrorum. id est. in sancta ecclesia que est ut castrorum acies ordinata: in qua nocte preteritis vite que est speculum in enigmate. figurant tertoria omnes fideles: ut diabolo resistant fortes in fide. per. 1. Pe. 1. hoc etiam signatum est Apoc. 21. ubi assignantur duodecim lapides in fundamentis muris civitatis iherosolimitane. fundamenta cuius inquit murus civitatis omni lapide precioso ornata sunt. Hoc idem etiam signatum est in mysterio. id est. stellarum que erant in corona mulieris: sic dicitur. Apoc. 12. Mulier enim est ecclesia. corona. fides duodecim stelle. id est. articuli. Circa istam distinctionem queritur. cum non sit assignatum nisi unum articulum patri. sextum filio. quintum spiritui sancto. unde ista diversitas. quare non assignantur equaliter tribus personis articuli cum tres persone coeeternae sibi sint et coequales. Inter queritur quare unum tantum articulum assignantur patri. sextum filio. quintum spiritui sancto. Ad hoc dicitur quod dicta distinctio nihil detrabit equalitati personarum sed motum a propriatione sicut dicit Augustinus in libro de aera et spiritu. Unitas appropriatur patri et hac ratione. quia unitas est principium numeri. ipsa autem non habet principium sicut pater est principium non a principio. et ideo et unitas appropriatur. Ad illud ergo signatum convenienter in symbolo fidei et unum articulum est assignatum per appropriationem. Se-

naribus et numerus perfectus est. et ideo per ipsum perfectio designatur que filio appropriatur convenienter. Quia sicut dicitur ad Eph. 6. Deus pater posuit in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in christo que in celis et que in terra sunt. et ideo convenienter sex articuli filio assignati sunt. quoniam et spiritus sanctus. quoniam per quatuor signatur voluntas remissio peccatorum. que fit per gratiam que spiritui sancto attribuitur: que signatur per iubileum qui fiebat quinquagesimo anno: idem enim significatur per numerum simplicem et per multiplicatum et e converso. Secunda distinctio est in quatuordecim articulos. quorum septem pertinent ad divinitatem. septem ad humanitatem. Septem quoque pertinent ad divinitatem sic distinguuntur. Nam primum est de unitate essentie. scilicet. credo in deum. singulariter dicitur deum et non deos: ut notet unitatem essentie. unde in maiori simbolo dicitur. Credo in unum deum. Iste primus articulus debet retorqueri ad tres sequentes qui sunt de tribus personis. primum est de patre. patre omnipotentem. et est sensus. Credo in deum. pater. in. d. p. o. Secundus est de filio in Iesum christum filium et. v. d. n. et. et est sensus. credo in Iesum et.

Tertius est de spiritu sancto. f. Credo in spiritum sanctum. ecce quatuor articuli particulares ad deitatem pertinentes. tres alii ponuntur pertinentes ad effectum. Primum indicat effectum creationis. scilicet. creatoris celi et terre. Secundus effectum recreationis. scilicet. sanctam ecclesiam catholicam. et est sensus. Credo quod deus efficiat remissionem peccatorum in sancta catholica ecclesia que est coelo secundum et non alibi. Tertius effectum glorificationis. Carnis resurrectionis. vitam eternam amen. carnis resurrectionis pertinet ad corpus. vita eterna ad animam. Tres articuli sunt pertinentes ad effectum divinitatis. quatuor ad divinitatem in se considerata. et sunt septem. Articuli pertinentes ad humanitatem sunt isti. Primum est conceptus de spiritu sancto. Secundus quod natus de maria virgine. Tertius quod passus mortuum et sepultum.

Quartus quod descendit ad inferos. Quintus quod resurrexit a mortuis. Sextus quod ascendit ad celos. scilicet. a. d. d. p. Septimus. quod inventus est iudicare vivos et mortuos. Ecce habes septem articulos pertinentes ad humanitatem et septem pertinentes ad divinitatem. et sunt quatuordecim que distinctio signata est in Apoc. 1. ubi dicitur. Et reversus vidi. et candelabra aurea et in medio. et candelabrorum aureorum sicut filio hominis et sequi et habebat in dextera sua stellas septem. Per septem candelabra in medio quorum est filius hominis designatur septem articuli pertinentes ad